Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Meyer

Fasciculos Septem Selectarum Iucundissimarumque Quaestionum Iuridicarum, Ex variis Authoribus Pro & Contra, uti loquntur, breviter collectarum

Rostochii: Weppling, 1693

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730439682

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730439682/phys_0001
DFG

pl- 166.
pl- 96.
pl- 47.

32. 12.

Je 4174 1.2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730439682/phys_0002
DFG

FASCICULOS SEPTEM Selectarum, Jucundissimarumqve QVÆSTIONUM JURIDICARUM,

Ex variis Authoribus Pro & Contra, uti loquntur, breviter collectarum. Exhibet

HEINO Meier / Rostochiensis

32. 12.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr. A. M DC XCIII.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730439682/phys_0006
DFG

PRÆLOQVIUM.

COgitanti mihi de materia qvadam Juridica scribere, occurrerunt Quæstiones selectæ jucundissimæqve, qvarum SEPTEM FASCICULOS breviter per rationes, pro & contra, uti loquntur, ex variis Authoribus (Hodie enim nihil dicitur quod non dictum sit prius,) collectos, hac vice proponere placuit. Confido autem L.B. sicubi forsitan in qvæstione una vel altera peccatum, vel à scopo aberratum, veniam daturum, cùm omnium habere memoriam atq; in nullo penitus peccare, Divinitatis magis sit quàm mortalitatis, innuente Imperatore *in Constit. Tanta de Confirm. Digest. ad. Senat. & omnes populos §. 14.* Faxit Deus ut omnia peragantur feliciter.

Ad Zoilum

Anagramma quadruplex

Zoile, qvi nulli PARCIS, verum
omnia CARPIS,
Carpe tibi ex olidis ſtercora
PRISCA CAPRIS

Ut fert Divina Voluntas!

FASCICULI I.

Qv. I. *An ægrotus de injuriis, publicè remissis, postea sanus factus agere possit?*

NEg. I. Actio enim injuriarum, cum detur ad vindictam *l.* 15. *§.* 46. *ff. de injur. l.* 2. *§.* 4. *ff. de coll. bon* ægrotus a. tali publicâ deprecatione vindictam remittat, sequitur quod m. actionem injuriarum simul remiserit D. Stryck. *de J. S. c.* 4 *n.* 16. II. Quia contra pietatem venit, qui remissam injuriam conatur resuscitare *vid.* Goth. *ad l.* 11. *§.* 1. *ff. de inj.* III. Quia sola conversatio & amica salutatio, tollit actionem injuriarum Masc. *de prob. V.* 2. *Conc.* 903 *n.* 19. E. multò magis eam tollet publica deprecatio & injuriarum

promissa oblivio. Dn. Stryck. *d. l.* Opp. I. Quod tali modo nemini Christianorum liceat agere injuriarum, cùm quilibet, m. extra mortem constitutus, injurias ex animo remittere debeat. *Resp.* de injuriis levioribus id concedo, non v. de gravioribus, *vid.* Dn. Stryck. *d. l.* II. Quod causa, judicio semel commissa, non æquè facilè tollatur. *Resp.* quod mihi non sit sermo de actione intentata, sed intentanda. *vid.* Dn. Stryck. *d. l.* & *in diss. de effat. Agoniz. c. 4.*

Q. 2. An Matrimonium ad Morganaticam, (zur lincken Hand) *sit legitimum ac verum, & s. c. possit sustineri?*

Aff. I. Quia ipsi substantiæ matrimonii, nihil in hoc decedit, sed sit uxor & manet legitima, liberi quoq; legitimi sunt, licet non sequantur dignitatem Patris. Myl. ab Erenb. *in Gam. Princ. c. 6. §. 16.* *II.* Quia in hoc matrimonio, nulla versatur turpitudo, quod prolixius ostendit Myl. *d. l.* cessante ergo turpitu-

pitudine, nullus in conscientia scrupulus esse poterit. Schröt. *Cas. jurid.* 42. Opp. I. Quod hac via hæreditas detur per pactum, quod contra *l. ult. C. de pact. l. hæreditas C. de pact. conv. Resp.* licet hoc verum sit jure civili, jure verò gentium receptum, ut non saltem pacta de futura successione subsistant, sed m. ut ejusmodi conventiones contractui matrimonii adjectæ, valeant, *vid.* Charis. *de for. consc. II.* quod magnæ injuriæ instar sit liberis hæreditatem, quæ iis debetur à natura, eripere add. *l. 2. pr. ff. de bon. damn.* Gal. *3. v. fin. & c. 4. v. 7. Resp.* Neg. ullam liberis fieri injuriam, nec jure naturæ necessum sit, planè totam hæreditatem liberis relinqui, sed aliquid iis quæri jubetur, quantitatis determinatio legi & parentum voluntati relinquitur. Dn. Struv. *Exc. 10. thes. 10.* Puffend. *de J. N & G. l. 4. c. 9. §. 7. III.* Quod uxor sinistræ manui copuletur, & sic matrimonium hoc multum diversitatis, habeat. *Resp.* totam hujus matrimonii vim, non in manus sinistræ por-

rectione, quam non ubiq; observari testantur Myler.*c.* 6. §. 13. *in fin.* Dn. Link. *de matrim. leg. sal. contr. c.* 3. *n.* 34. Sed in pacto Morganatico consistere, sicut & illud patescit ex eo, quod Dux Guelpherbytanus Rudolphus Augustus, ante annos non adeò multos, defunctâ 1681. ipsius Conjuge, fœminam ignobilem porrectâ manu dextrâ, ad Morganaticam duxerit. *vid* Dn. Stryck. *de matr. ex rat. stat. p.* 15.

Q. 3. Num is, qui monetam propriâ authoritate, iusti in. ponderis & materiæ, percusserit, pœnal. l. C. de falsi. Monet. veniat coercendus?

Aff. I. Quod fabricans monetam, Principis Regali præjudicando, illiusque authoritatem sibi arrogando, crimen læsæ Majestatis committat. *d. l.* 2. II. Quia contra præceptum Superioris veniens, etiamsi rem bonam peregerit, pœnâ ultimi supplicii afficiatur *l.* 3. §. 15. *ff. de re milit.* Quoad jus Imperii verò

verò nonnulli negant, moti (1.) *O. C. Caroli V. art.* III. *Rubr.* Straff der Münzfälscher / und auch derer / so ohne habende Freyheit münzet solgefänglich eingeleget und nach Rahtl an Leib oder Guth / nach Gestalt der Sachen gestrafft werden (2.) Qvod pœna delicto debeat esse conformis *l.* 11. *de pœn.* Dn. Ulrich *de Const. & adul. numm p.* 12.

Q. 4. *An contra illum, qui æqualem Calendis Aprilis ad certum locum eundum, per jocum movet,* (wenn einer seines gleichen *April* sendet) *actio injuriarum possit institui?*

Neg. I. Quia talis consvetudo quotannis ipsis legibus strictius observari solet, imputet ergo sibi talis, quod in æstimandis istis persuasionibus sibi non melius prospexerit, imprimis quod in proverbium jam abierit:

Es ist heut der erst Aprill/
Da schickt man den Narn wie man will.

II. Per *l.* 3. *S.* 3. *ff. de inj.* talis n. persvasio est

jocosa, nec realem aliquam injuriam involvit. Oppon. quod aliquali tn. maculâ & illusione perfvasus aspergatur, cùm originem debeat, uti volunt, circumductioni & illusioni Christi, die passionis suæ factæ, à Pilato ad Herodem & viciſſim *vid* Becm. *in Syst. de Fest. ad diem Parasc.* ficq; actio meritò locum habeat. *Resp.* Si talis jocus inter inæquales aut honoratiores personas intercedat, id concedo per *l. 1. §. 3. l. 18. §. 5. l. 30. §. 1.* Sed mihi quæstio est de æquali, & sic nego. Dn. Stryk. *Diss. de jur. persuas.*

Q. 5. *An Præceptor in crimen vocandus, si discipulum nominat.* Einen Huren-Kind / Schelm &c.

Neg. I. Qvia vox Præceptoris, nemini injurias facere credatur, cùm verba & verbera Docentis impunita sint *l. 16. §. 2. ff. de pæn.* II. Cum & parentes, ad qvos Præceptores referendi, soleant suos ipsorum filios, verbis alioqvin injuriosis appellare *l. 48. §. 1. ff. de hered. instit, l. 13. C. ex*

C. *ex q. c. inf. irrog.* III. Qvia isti tituli, non semper ex pravo, sed multis molestiis qvæ freqventissimæ, uti constat, Præceptori absorbendæ, ad impatientiam lacessito, alias patientissimo animo, proficiscantur. Dn. Stryck. *de J. Præcept. Non obstat*, quod hæc verba injuriam inferant discipulo *l. 13. §. 6. ff. qvi not. inf.* Fiunt n. non dolò & animo injuriandi, injuria a, in affectu facientis consistere debet *l. 3. §. 1. l. 11. pr. ff. de inj.* Siqvidem affectus injuriandi in præceptore abfuisse præsumitur Laut. *in comp. jur. de inj. add. c. 19. de pœn. dist.* 1.

Q. 6. An Doctor Juris in Sessione, Medicinæ Doctori præferendus?

Aff. I. Argumentis ab utilitate, necessitate, dignitate, objecto, & tot annorum possessione desumptis. II. Qvia Medicus privatim tantum ægrotis sc. prodest, imò Roma amplius 600. annos absqve Medicis floruit. Plin. *lib. 29. c. 1.* Jurisprudentia a tam circa publicam qvàm privatam utilitatem versatur, neqve sine illa domus ulla aut Civitas ad momen-

tum pt. subsistere *vid.* Carpz. *P.* 1. *D.* 7. & *Consist. Jur: t* 25. *def.* 379. Philip. *U. Pract. lib.* 1. *Eccl.* 25. Et ita Scabini Lips. 1643. pronunciarunt. Opp. Qvod disciplina medendi Adamo à Deo fuerit infusa, id a. de Jurisprudentia dici neqvit, cum constet præceptis à Legislatoribus latis. Casp. de Reeis *Elys. camp. juc. QQ. q.* 2. *n.* 18. *Resp.* Tali modo non Medicos JCtis, sed ipsos Ruriculas Medicis anteponendos; Agricultura n. prius Adamo innotuit qvàm scientia medendi. Nec jus nostrum tantùm præceptis civilibus constat, sed m. ex naturalibus est collectum §. 4. *J. de J. & J.*

Q. 7. An Conjux Conjugi in casu egestatis debitum Conjugale jure denegare possit?

Neg. I. Qvia non est opus nostrum, d. Divinæ gratiæ *Ps.* 127. *v* 4. qvod Patriarcha Jacob. piè suæ Rebeccæ inculcavit, dum impatiens sterilitatis, ab eodem expeteret liberos *Gen.* 30. *v* 2. II. Qvia derogant (1) laudem omnipotentiæ, dum statuunt. qvod non possit liberos alere & sus

sustentare, (2.) laudem providentiæ paternæ; qs. operi manuum suarum nollet prospicere. III. Quia peccant contra regulam Apostolicam 1. *Cor. 7. v. 3. vid.* Dn. Sim. *de impot. Conj.* p. 69. IV. Qvia & Conjuges facilè possent committere peccatum mollitiei, aut aliàs ad adulterium invitari. Opp. I. Qvod in aliis debitis excuset magna incommoditas, E. & hic. *Resp.* Dispar est ratio hujus & aliorum debitorum *vid.* Schulz. *de Polyp. p. 19.* II. Inopia ob qvam Conjuges tot liberos alere non valent. *Resp.* inopiæ ratio Christianis & piis parentibus obstare non debet, den viele Kinder/ viele Pater noster, Wir alte Narren/ sagt Lutherus, essen mit den Kindern/ Sie nicht mit uns/ ipsi Domini, nos Procuratores, Sie haben einen reichen Vater im Himmel, dedit ipsis vitam dabit m. escam. *Matth. 6. v. 26 vid.* Luth. *in c. 30.* Genes. & Bak. *in Ps. 128.* III. Qvod multi copiosam prolem. pro maledicto habuerint. D. Osiand. *in Syr. c 16. v. 1. Resp.* Neg. Liberi n. donum Dei sunt; Hinc S. Patres pro singulari Dei

benedictione mulierem fœcundam, sterilitatem v. pro maledicto habebant. *vid* Dn. D. Menger. *in scrut. Consc. Catech c. 8. q. 56.*

Q. 8. Annon peccet ille, qvi, ut evitet hostium manus, se navemq; suam Vulcano consecrat & incendit?

Aff. I. Qvia speciem αὐθοχειρίας præ se fert, quod est contra juris naturæ principia, utpote quod vitat alterum, multò minus se ipsum, lædere §. 3. *I. de J. & J.* II. Qvia homini qvidem in actiones, non v. in membra & vitam suam competit liberum arbitrium, unde ad supplicium pro alio se obligare vel ad membri abscissionem sese obstringere haut licet argt. *l. 13. ff. ad L. Aqvil. l. cum §. 22. ff. de Ed. edil.* Opp. I. Quod expressa Superioris jussio adsit. Das expressa Order da sey/ sie sollen sich den Feinde keines weges ergeben/ sondern lieber Schiff und Volck lassen in die Lufft fliegen. *Resp.* qvod mandatum super re naturaliter illicita, non sit obligatorium, licet

ab

ab ipso Principe proficiscatur, cum Deo magis obediendum sit qvàm hominibus Dn. Stryk. *in annot ad l. §. 2. de 7. & I.* Dn. Barth. *de incend. fam.* II. Qvod αὐθεντία jure civili sit licita *Resp.* Neg vid Hahn. ad W. *ad L. Corn. de sicar. n.* 8.

2. 9. *An modicè liceat jocari?*

Aff. I. Quia non expedit, juxta effatum Senecæ *de tranq. an. c.* 15. æqualiter semper retinere mentem, sed sapientiæ interdum remittere aciem, rebus agendis intentam, decet. Augustin. *de Musica lib.* 2. II. Qvia omnia mortalia, cum perpetuis decrementis intercidant, perpetuis quoq; incrementis ut subsistant & renoventur, egent *l.* 67. *ff. de Jud.* Tholos. *J. S. U. lib.* 39. *c.* 2. *n.* 3. III. Qvia & Sancti actionibus suis miscuerint jocos, quod evidenter satis patet ex Gen. 26. *v.* 8. Job. *c.* 12 *v.* 2. Opp I. dictum Christi *Luc.* 6. *v.* 25. ubi condemnantur illi qui rident in hoc seculo. *Resp.* Sententiam Christi ad securitatem Epicuream pertinere, non a. ad jocos honestos. Bald. *in comm. ad*

Eph. 5. Q. 4. II. Eph. 5. v. 4. junct. Col. 4. v. 6. Eph. 4. v. 29. ubi Eutrapelia quæ circa jocos occupata est, reprehenditur. *Resp.* Eutrapelia h. l. non tantum honestam ac moderatam jocandi rationem denotat, sed & scurrilitatem, de qua Apostolus *d. l.* loquitur, quod apparet ex ipso contextu, quando *d. v. 4. c. 5. ad Eph.* additur *quæ non sunt decentia* i. quæ ad rem non pertinent. *vid.* Corn. à Lap. *add l.* Dn. Hopp *diss de Joco. p. 7.*

Q. 10. An venditor manifesta vitia rei vendendæ, emptori teneatur exprimere?

Neg. *I.* Qvia quæ palam apparent, venditorem non obligant *l. 43. ff. de A. E.* & imputet sibi emptor quod oculos non aperuerit secundum vulgare dictum: Wer die Augen nicht will auffthun/der thue den Beutel auff. *vid.* Puffend. *de J. N. & Gent. l. 5. c. 3. §. 10. II.* Quia vitia in contractibus detegi, non est naturale. Charis. *de foro conf. p. 135.* III. Quia per patentia vitia certioratus jam emptor videtur

tur, E. non amplius est certiorandus Dn. Sim. *de eo q. 1. c. consc.* Non obstat quod emptio & venditio ut contractus bonæ fidei, per se bonas requirat merces *R. I. 1500. B. Dn. Mev. ad J. L. l. 6. t. 3. a. 15 n. 11.* Hoc enim per se verum, mihi v. de re vitiosa, vitium manifestum habente, sermo est. Charitati tamen Christianæ hæc omnia non adeo conveniunt, quod enim tibi non vis fieri &c. Dn. Fritsch, *de jur. charit.*

Q. II. An virgini, ad conservandam pudicitiam, violentum stupratorem f. consc. liceat occidere?

Neg. I. quòd pudicitia bonum animi sit, nec ulla externâ vi ipsi pt. eripi Dn. Ziegl. *in not. ad* Grot. *de J. B. & P.* Hinc vi stuprata manet inviolatæ existimationis *l. 20. C. ad L. Jul. de adult.* II. Quia inter virginitatem & vitam proximi nulla datur proportio *vid.* Dn. Stryk *de jur. hom. in se ipsi. p. 93. III.* Quia virgo peccatum mortale committit, dum stupratorem in periculum æternæ damna-

nis injicit. Opp. I, Quod aggressori vitæ usque ad internecionem resistere liceat, E. & aggressori pudicitiæ. *Resp.* Neg. cons. vita enim aufferri potest non v. pudicitia. II. Quod virgo, si non occidat, videatur consentire in stuprum *Resp.* Neg. invitus n. exponitur consensus Dn. Stryck. *d. l. III.* Generosum animum non esse obstrictum, ut ad alterius libidinem vivat. *Resp.* conc. ast ubi eam plane effugere non possum, nullam alteri, mortem inferendi, habeo potestatem. Dn. Sim. de jur. c. m. hum. vid. Semidec. meam Controv. juridic. q 11 ubi latè ac methodicè de hac quæstione agitur.

Q. 12. An delatores infamiâ notentur?

Neg. I. Quia hoc officium, facinorosos accusare, & de iis sumere supplicium, sanctissimum *vid.* Manz. *ad §. 10. I. d. R. D. n. 26. II.* Quia fas & æquum est, omnes illos, qui Reip. injurias vindicant, & publicæ salutis custodiam gerunt, laudem maximam, non v. dedecus & infamiam consequi. III. Quia volun

voluntati Divinæ satisfacit; Deus n. præcipit ut quilibet, delictum audiens, id denunciet, ne se participem illius tacendo faciat. *vid.* Speid. *in not. jurid. sub verb.* Rügen. IV. Quod delator, contra eum, qui ipsum infamem appellitat, actionem injuriarum possit instituere. Dn. Hartnug. *de delat.* Opp. I. Quod Pontifex delationem, genus illaudabilis intentionis nominet. *c. si quis Episc. 50. c. 2. qv. 7. Resp.* Hoc esse accipiendum de iis, qui sub mala intentione, & sola lucri cupiditate deferunt. II. Quod vir bonus malit reos defendere non v. facere. *Resp* necessitatem officii aliud svadere & hos à calumnia excusare. *vid* B. Dn. Mev. *P. 1. D. 41.* B. Brun. *ad l. 2. C. de Calum.*

Q. 13. An invasus, si commodè possit fugiat potius qvàm ut invadentem interficiat?

Aff. I. Per *l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pl. arc.* ubi illa exiguntur præstanda, quæ aliis prosunt & nobis non obsunt. II. Quia

Quia nunquam injustum aggressorem offendere licet, si aliter tueri nos possumus argt. *l. 45. §. 2. ad L. Aquil.* Bald. *cas. consc. l. 4 c. 1. cas. 14. n. 3.* tamdiu a. aliter tueri nos posse videmur, quamdiu fugiendi occasio affulget. III. Quia lex naturæ præcipit, non tantum sui conversationem sed m. proximi, omni honesta ratione procurare, inter modos verò honestos, rectè refertur fuga. Dn. Zigl. ad Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 1. §. 10.* IV. Exemplo Salvatoris nostri, qui tale quid nos docuit. Matth. 2. *v.* 14. Joh 8. *v. ult.* add. *c. 1. caus. 23. qu. 3. pr.* Opp. I. Quod fugere turpe sit *l. 3. l. 6. pr. qui in acie ff. de re milit. Resp.* hoc verum esse de milite, qui contra disciplinam militarem fugam in acie facit. II. Quod periculosum sit fugere. *Resp.* de tali casu mihi non est quæstio. *vid.* Puffend. *de J. N. & G. lib 2 c. 5. III.* Quod vim vi repellere liceat *Resp.* Non quamlibet, sed eam quæ aliter averti nequit. *vid.* Berl. *P. 4. C. 13. n. 26.*

Q. 14. *Num in causis Criminalibus, Provocationes ad vallem Josaphat &c. fieri possint?*

Neg. I. Quia ostendit animum, vindictæ cupidum, quitum exemplo Christi & sanctorum abomni homine abesse debet *Matth.* 5. *v.* 24. 1. *Cor.* 4. *v.* 12 II. Quia inde odia vulgi, tumultus, seditiones &c. sæpe originem trahunt, quibus occurrendum esse, leges valdè prospexerunt *l.* 176. *ff. pr. de R. I. l.* 1. *C. ad L. Jul. de vi* III. Quia multum superstitionis habet (1.) à parte *citantis* qui evocationi suæ vim adscribit (2.) à parte *citati*, qvi interitus sui eventum inde metuit, (3.) à parte *aliorum*, qvi illicò indicium capiunt innocentiæ damnati B. Dn. Geisl. *de purg. vulg.* IV. Quia sæpius facinorosus veniam hoc modo acciperet, argt. *l.* 1. *ff. de bon. reor. l.* 45. §. 4. *ff. ad L. Aquil.* Opp. I. locus Joelis *c.* 4. *v.* 2. 12. & 14. *Resp.* Orthodoxorum sententia cum B. Lutheroest, quod extremum judic. ibi non instituatur & locus tropicè intelligendus

vid

vid. Dn. Quenst. *diss. Theol. de hac quæst.* §. 4. II. Qvod fiat bona intentione & qvod de injuriis qveri liceat, ut innocentia appareat. *Resp.* Qvod hæc provocatio intentione boni fieri non possit, adest n. vindictæ cupiditas, odium &c. III. Qvod misero homini nullum aliud remedium super sit. *Resp.* Quidni? commendet decenter Deo, privatis suspiriis *Rom. 9. v. 1. Jac. 5. v. 13.* IV. Exemplum Zachariæ, 2. *Paral. 24. v. 22. & 25. Resp.* Hæc & seq. verba ab omnibus Pro prophetia habentur, qvia pœna ei tq. Prophetæ insigni à Sp. S. manifestata erat, quam indicare idcirco vi officii sui Tyranno debebat *vid.* D. Qvenst. *d. l.* V. Multitudo exemplorum, quæ talem provocationem à Deo approbatam fuisse, ipso eventu commonstrat. *Resp.* Posse hoc contingere (1.) ex causa Physica (2.) Deo, propter superstitionem, permittente, (3.) Deus, maledictionibus parentum interdum m. effectum permisit, non tn. probavit. *Gen. 9. v. 25.* Dn. Stryk. *de fact. Jud. de fact. c. 7. vid.* Semidecad. meam

meam contro v. Jur. Q. 2. ubi latè ac methodicè de hac quæstione.

Q. 16. *An pœna ordinaria sit puniendus, qui invasus malvult occidere qvam fugere cùm possit?*

Neg. I. Qvia invasus justo dolore ad occidendum commotus, ob quem quis mitius puniendus *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. l. 1. § fin. ff. ad L. Corn. de Sicar. vid.* Carpz. *P. C. p. 1. q. 29. n. 26.* II. Quia, qvando agitur de excusandis delictis principium, non v. finis attenditur *l. 23. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult. III.* Qvia pœna L. Corn. locum non habet, nisi in homicidio doloso *l. 1. §. 3. l. 4. §. 1. l. 7. l. 14. ff. ad L. Corn. de sic.* Notandum a. quod ratio personæ sit habenda *vid.* Carpz. P. C. *p. 1. q. 30. n. 23.* qui *n. 67.* refert præjudicium de nobili, qui equo insistens & ab ignobili insultatus, non arripiens fugam cum posset, aggressorem occiderit.

Qv. 17. *An Colonus fructus in fundo conducto distrahere volens, eos Domi-*

Domino fundi prius offerre, ejque præ aliis vendere debeat?

Neg. I. Qvia Colonus fructuum perceptorum post perceptionem fit Dominus *l. 61. §. 8. de ff. de furt.* Dn. Carpz. *p. 2. c. 17. d. 20. n. 4.* quilibet a. dominus rei suæ moderator & arbiter est *l. 21. C. Mand.* II. Qvia gravis injuria est ut homines de rebus suis aliqvid facere cogantur inviti, uti loqvitur *l. 14. C. de contr. empt.* qvæ m. generaliter, nisi statutum vel pactũ in contrariũ sit, προτιμησεος jus sublatum vult Rauchb. *p. 2. q. 22. n. 9.* Opp. I. argt. *l. 1. C. de metal. Resp.* Leges privilegia concedentes ad casus iisdem non comprehensos, extendi non debere *l. 14. 15. 16. ff. de leg.* Deinde versamur in odiosis, qvæ neutiqvam sunt extendenda. II. Qvod Fisco emptio metallorum præ aliis concedatur, quam rationem, ad Dominum fundi, applicare licet. *Resp.* Neg. cons. nihil n. juris in fructibus, à Colono perceptis, habet. III. Qvod Emphiteusi fit similis locatio con-

conductio §. 31. *de loc. & cond.* E. *Resp.* Licet in multis conveniat, nihilominus tn. distinctus ab ea, & proprius est contractus, suis pactionibus constans §. 31. *loc. cond.*

Q. 18. An instrumentum legitimè confectum, probat si protocollum nullum adsit?

Aff. I. Qvia pro originali habetur, hinc ut fidem faciat, non opus est ut aliorsum recurramus, uti qvidem in exemplis necessarium est, qvæ non probant nisi productô originali *l. 7. C. d. prob. c. 1 X. eod.* II. Qvia si instrumentum perspicuum & nihil dubii contineat, ejus substantia non amplius dependet ex protocollo, d. ex propriis suis reqvisitis essentialibus, unde & Protocollô sublatô subsistere pt. qvam sententia n perspicuè defendit Covarr. *Pract. Q. c. 19. n. 3.* Dn. Stryk. *de J. Prot.* Opp. Nov. *44. c 2. Resp.* ibi Protocollum denotat brevem. annotationem, quæ declarat quo tempore & à qvo chartæ præparatæ sint. Cuj. add d

N. qvæ significatio plane aliena à mea in qvæstione.

Q. 19. An opus sit ut subditis, qvi in causa Superioris testes esse debent, prius juramentum subjectionis remittatur ?

Aff. I. Ut eo confidentius veritatem eloqvantur subditi soluti jam quoad hunc actum nexu subjectionis & jussu qs. ab ipso Superiore suo ad confitendum verum accepto, qvod non ita libere facturi erant adstricti ad huc vinculo istius jurisjurandi II. Ut omnis suspicio gratiæ, adversario adimatur, qvæ non pt. non adesse, dum obligatio ista durat. *Non obstat* qvod utrumqve possit obtineri per juramentum, qvod testibus injungi secundum ordinem & receptum judiciorum morem consvevit. *Nam* sufficiens istud juramentum in hoc puncto non est, d. qvia extraordinariè tantùm & non regulariter subditi testes esse possunt, in causis superiorum, ideo m. irregulare qvid circa testimonia eorum observandum, non immeritò obtinuit vid. Dn. Jess. disqvis. disq. 3.

Qv.

Q. 20. An Summus Magistratus homicidam voluntarium ac Dolosum gratiam concedere, & à dicta mortis supplicio liberare debeat?

Neg. I. Qvia SS. expressè hanc misericordiam improbat Deut. *13. v 8. & 17. v. 12. Hebr. 10. v. 28.* II. Qvia lex de vindicanda nece à Deo promulgata est Gen. *9. v. 5. 6.* Sicuti a. Judici inferiori nulla competit potestas in leges superioris *c. 4. X. de usur.* ita m. Principi in leges omnium Supremi (Dei sc.) nulla concedenda dispensandi facultas Dn Zigl. *de J. Majest. Exc. 4. thes. 24.* Dn. Rhoth. *de occis. impun.* Carpz. *p. 4. D. 7. B.* Eckh. *in comp. tr. ff. ad L. Corn. de Sic. §. 6.* III. Ne & aliis ob spem consimilis veniæ materia præbeatur delinquendi. Hinc Schab. Lipsi. mens. Febr. 1598. ita pronunciarunt: So wird bemelter von Adel wegen solcher an gedachten armen Manne begangener entleibung / hinwiederümb mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig bestrafft/ und möchte ihm solche Straffe auf die geschehene Vorbitte auch von der Hohen

hen Obrigkeit / nicht erlaſſen werden V. R. W. B. Dn. Schröt. *in fasc. caſ. jur. caſ.* 11. Opp. I. Qvod ob artificium excellens talis conſervandus. Propter *l.* 31. *ff. de pœn Reſp.* Neg. morte enim artificis vivi, non ſtatim periclitatur Respubl. cum plerumqve alii inveniantur, qvi vicem demortui ſupplere valent; Nec in *d. l.* 31. agitur de remiſſione ſupplicii, ſed de dictatione, & qvidem non ut liberetur, ſed ut Princeps conſulatur, annon ob ſingulare robur vel artificium digne populo Romano in ſpectaculo poſſit exhiberi, ibi cum beſtiis dimicaturus vid. B. Dn. Brunnem. *ad d. l.* 31. II. Qvod Princeps legibus ſit ſolutus *Reſp.* Neg. ſi leges Divinas & naturales intelligas. Matth. *de crim. lib.* 48. *tit.* 18. *Reger.* Princeps eſt Dei Adminiſtrator E. diſpenſare pt *Reſp.* Neg. conſ. *vid.* Deut. 17. v. 14. Dn. Fritſch. *de pecc. Princ. concl.* 20 *per tot.* III. Competit tn. Principibus jus aggratiandi *Reſp.* id ad tales delinqventes, qvorum pœna ab ipſo Deo eſt determinata ſe non extendit. Dn. Scröt. *d. l.*

FASCICULI II.

Q. 1. An & ejusmodi pauperibus succurrendum, qvi propria culpa in illum statum prolapsi sunt?

Aff. I. Quia in genere hæc benefica distributio præcepta est, adeò, ut nec hostes & calumniatores excludantur, Matth. 5. v. 44. Luc. 6. v. 30. II. Quia proximus noster est, ex sanguinis communione, naturæq; similitudine, nec desiuit esse proximus, licet aliquo se se contaminaverit vitio. Dn. Schulz *de attestat. p. 44.* III. Exemplô Dei, qui solem oriri facit bonis & malis Matth. 5. v. 44. *c. si cupis 5. c. 16. qv. 1.* IV. Quia regula Christi est: quod tibi vis fieri, alteri quoq; feceris. *vid.* D. Osiand. *Theol. cas. P. ult. 5.* Opp. I. quod non deceat tali homini subvenire argt. *l. 21. pr. quod m. c* sed ut tanquam malè de Republ. meritus, aliis exemplo egestate laboret *l. 31. pr. de pos. Resp.* Sit ita, attamen omni humanâ ope talem esse destituendum, contra charitatem Christianam esset. *Conf.* Covarr. *var. res. l. 2. c. 16. n. 9.* II. Quod quis

 sua

suâ culpâ sentit, id non sentire videtur, per vulg. *Resp.* Quod talis quidem peccet per culpam hanc respectu vitii, non v. respectu conservationis ejus vitæ. Dn. Sim. *de ablat. rei alien. thes.* 16.

Q. 2. An sponsa, cui sæpius colloquium cum alieno juvene inhibitũ fuit, possit à sponso repudiari, si persistat in suo proposito?

Aff. I. Quia sponsus pro marito, & sponsa pro uxore habetur, non solum in favorabilibus *l. 4. de fund. dot.* sed m. in delictis *l. 3 & 4. ff. ad L. Pomp. de parr.* Jam v. marito conceditur facultas uxorem ob solam suspicionem adulterii accusare *c. Maritis 4. X. de adult.* conf. *c. dixit. 32. q. 1.* E. maximè hoc hìc procedit, *c. 12. X. de præs.* II. Quia novo jure uxor, cujus nomine & sponsa venit, per *d. l.* quæ inscio marito ad convivia virorum accesserit, pt. repudiari per *l. 8. §. 3. C. de repud.* Dn. D. Stryck. *de jur. pers. p. 134.* Ergo. Opp. I. quod in dubio non præsumatur delictum. *Resp.* talem, præsumptionem

ptionem esse hominis?, non juris, uti in casu proposito desideratur argt *c. 13. X. de præs.* II. Quod probari nondum possit, sponsam cum Juvene concubuisse. *Resp.* Licet, interim sponsa à suspicione impudicitiæ se non potest liberare, cum Juvenis non præsumatur virginî dicere PATER NOSTER &c Bald. *in l. neg. natur. C. de prob.* Cautelam tn. ex Coler. *Cons. 18. in fin. exhibet* D. Stryk. *d. l.*

Q. 3. An mater ad salvandum fœtum sectionem pati teneatur ex obligatione, an verò ex charitate?

Resp. Dicendum matrem stricto jure non teneri I. ob charitatem ordinatam quæ à se ipsa incipit. *l. 6. C. de servit.* II. Quod præstet ex natura partis cum destructione sui, saluti totius consulere, partum v. pro parte matris accipi, constat *l. 7. C. de R. V. l. 1. ff. de ventr. insp.* Ex teneritudine tn. Amoris mater tutius aget, quæ vitam partus hoc in casu suæ præfert, & quidem *ex ratione majoris boni obtinendi* nempe ut fœtus vivus ex-

tractus, baptizari possit, cum ipsa mater certa esse possit de salute sua, dum pariendo mulier salvari asseritur 1. *Tim.* 2. *vid.* Bald. *ad d. l.* nec sectionem matris per se lethalem esse, testetur Medicorum experientia *vid.* Zach. 2. *Med. Leg. L.* 9. *t.* 2. *q. un.* Accedit (2.) Mulieres esse natas ut partus edant *l. quæritur ff. de Æd. Ed. Non obstat* ratio secunda de partis destructione pro salute totius necessariâ, cùm partus fictione tantum juris, & per qvandam analogiam pars Matris sit, sicut fructus pars pendentis arboris dicitur *l.* 2. *ff. ad L. Falcid.* & in favorabilibus pro jam nato habeatur. *Conf.* Theophr. *de cauf. plant. lib.* 1. *c.* 1. Dn. D. Schulz *de Martyrio. p.* 22.

Q. 4. *An in Clericum actio injuriarum ad palinodiã, possit intentari?*

Aff. I. Qvia nusquam à generali illa recantandi sanctimonia reperiantur excepti. Carpz. 2. *q.* 96. *n.* 19. 20. (ubi ita responsum esse meminit) Hahn. *ad Wes. de inj. n.* 4. imò II. potius subConstit. Elect. Sax.

Sax. 42. *p.* 4. *ibi*: Das einjeglicher wer der auch sey/ omninò comprehendantur *juribus adductis* Carpz. *d. l. n.* 20. III. argt. textus in R. I Aug. Vind, de an. 1530. §. und haben wir ibi: das die Prediger das Evangelium &c. predigen und lehren &c. und dazu stumpfirens/ schmähens und lesterns sich enthalten. *junct.* text. R. I. Spirens. de A. 1542. §. damit aber Opp. I. *c.* 5, *d.* 46. ubi clericus pœnam suam jam statutam habet, nimirum ut veniam postulet ab injuriato, aut, si noluerit, degradetur *Resp.* loqvi textum non de clerico injuriante, sed maledico, adeoqve huc tanqvam alienum non qvadrare, cum nec laicus, si maledixerit, ad palinodiam, sed de precationem condemnetur Carpz. 2. *q.* 97. *n. ult.* II singularis Clerici sanctimonia pastoralis *Resp.* nil juvat, cùm propter officium peccaverit. III. Judicis fortassis inhabilitas qvam convèntus sacerdos opponere potest. *Resp* superesse consistorium Ecclesiasticum. Dn. Sim. *in Præf. Acad. D. 3. m. 2. thes.* 9. IV. Qvod exactione ad palinodiam condemnatus fiat infamis, Sacerdotem a. in-

famatum Sacra administrare non posse. *Resp.* Negando actionem hanc per se esse famosam. Dn. Hartung *de act. ad pal.*

Q. 5. Si hæreditas non sufficiat ad integram legatorum solutionem, an ordo servandus an v. debeat unicuiq; pro rata portionis sibi relictæ legatum persolvi?

Aff. post. I. Pex textus expressos *in l. 15. cui. 5. §. si plures ff. ut in poss. leg.* ubi dicitur: *inter legatarios nullum ordinem observamus, sed simul omnes æqualiter tuemur.* II. Per *l. 73. §. fin. ad L. Falcid.* quem textum, velut expressum pro hac sententia omnes interpretes communiter expendunt. III. Testator æqualem affectionem erga omnes legatarios habuisse videtur, nec potest aliud ex solo scripturæ ordine aut contextu dispositionis deduci, nisi ultra testator ipse processerit & voluntatem suam explicaverit. Palad. *rer. quot. L. 1. c. 18. Surd. L. 2. Cons. 209. n. 6.* Dn. D. Stryk. *de ord. scripturæ*, Opp. I. Quod talis censeatur testa-

testatoris mens qualis est ordo scripturæ *Resp.* Neg. *vid.* prob. I. II. textus *in l. si ita legatum* 65. prin. de legat. *Resp.* ibi non datur concursus inter legatarios, qvoniam objectio illa *post*, conjunctionem impedit III. *l.* 24. §. 17. *ff. de fidei libert. Resp.* ibi primo, nominatus, primò consequitur legatum absqve aliqva defalcatione, qvia fuerat legata pecunia pro libertate certorum servorum comparanda Dn. Stryck. *d.l.*

Q. 6. An qvis s. c. injurias verbales mille & amplius æstimare, & sic actionem æstimatoriam instituere possit?

Neg. I. Quia actio æstimatoria generalis est, & meram vindictam in se continet, §. 10. *Inst. de injur.* B. Brunn. *ad l. un. C. q. civ. act. crim. præj. n.* 4. ejusmodi verò vindicta improbatur Matth. 5. *v.* 39. Rom. 12. *v.* 19. II. Quia per verba injuriosa, fama hominibus verè aufferri non potest *l. un. C. de fam. lib.* ergo æstimatio nulla est. Dn. Heidec. *disc. qvæst. an Adv. hanc act. suad. poss. vid. fasc.* 3. *q.* 8.

Opp. I. Quod Prætores cuivis injuriæ sibi factæ æstimationem facere permiserint. *Resp.* Licet lex permittat ut agas, non tn. imperat aut vindictam approbat; Hinc m. Judex non semper in tantam quantitatem, quantam actor in libello proposuit, reum condemnat. Dn. Eckh. *de æstim inj. act Sect.* 2. §. 26. II. Quod hæc æstimatio fiat juratò Carpz. *Pr. Cr.* & sic æstimator eam s. c. præstet. *Resp.* est petitio principii, an s. c. possit præstari, juramentum n. ut accessorium, inducit naturam principalis. Richter *dec.* 26. *n.* 38. III. Exod. 21. *v.* 19. *Resp.* ibi sermo est de injuriis realibus & de damno verè illato, quod h. l. non est, *vid.* Grot. *de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 18. IV. Qvod fama & vita pari passu ambulent *l.* 9. *ff. de man. vind. Resp.* de vita civili id concedo, de naturali nego. deinde honor venalis exponi non debet. Man soll mit seiner ehr und ehrlichen Nahmen keine Marqvetenterey treiben Heidec. *d. l. vid.* Iemidec. meam controv. contr. 3. ubi latè de hac qvæst.

2

Q. 7. *An judex teneatur proprio motu de crimine inquisitionem instituere?*

Aff. I. Ex jure Divino, ubi notus est textus clariss. in *c.* 13. Deut. *v.* 12. & *c.* 17. *v.* 4. II. Ex jure Civili *l.* 13. *de Offic. Præs.* add. Sanct. Crim. Imper. Car. V. *a.* 8. 214. & 219. III. E. jure Canonico *per c. si audiveris* 32. *cauſ.* 23 *q.* 5. *cap.* 9. *cap.* 17. 19. 21. & 24. X. *de accuſat. & inquiſit.* IV. Ex consvetudine *vid.* Clar. *lib.* 5. *sent.* 8. *seu quæst* 3 *n.* 6. Opp. I. ubi non accusator ibi non judex *l.* 6. *de cust. l.* 6. §. 2. *de mun. & hon.* Joh. 5. *v.* 11. *Resp.* procedere id, quando ordinarius servatur processus II. Judex officium suum non nisi rogatus, impertire debet *l.* 10. *de Judic. Resp.* Judex privatorum implorationem haud exspectabit, dum vi officii ac præstiti juramenti sui, ad hoc tenetur Dn. Bejer. *de cad. punit. p.* 3.

Q. 8. *Si quis amico arcana sua sub fide silentii, præstito prius juramento commiserit, & Judex ab eo requirat manifestationem, num ad revelandum possit cogi?*

Aff. tuetur Tholosan. *in suis Decis. Q. 240.* per rationem quod peccatum sit, veritatem reticere in judicio Menoch. *l. 2. arbit. qv. cons. 335.* & paria sunt falsum exprimere & veritatem celare *c. super literis 20. X. de Rescript.* Opp. vinculum amicitiæ & recepta jurisjurandi religio. *Resp.* Quod neq; Amicitia, neque juramentum debeat adhiberi in vinculum iniquitatis *c. unusquisq; 22. q. 4. c. quanta 18. §. semper quo diligens. de Jurej.* Coguntur a. in civilibus sub pœna excommunicationis; in Criminalibus sæpe per torturam veritas elicitur *l. 18. §. 3. ff. de quæst.* Brunn. *Proçes. Inquisit. cap. 8. membr. 2. n. 39.* Dn. Scram. *de eo quod just. c. silent.*

Q. 9. An ex stigmatibus lamiis impressis, vulgò Teuffels Crantz/ Hexen zeichen/ *firmum indicium ad torturam faciat?*

Neg. I. Qvia ex ulcere aut vulnere naturaliter pt. ejusmodi cicatrix, similis hisce stigmatibus, oriri. Binsf. *in l. ult. C.*

de

de malef. & Math. ind. 4. II. Qvia potest congenitam tale esse à natura, qvod vocant *Elephantiasin*, Gassand. *in vita Peiresk. l. 2. in fin.* III. Qvia finis horum stigmatum plane inanis est, dæmon n. his notis non eget, ut sibi addictos ab aliis hominibus internoscat. Zach. *qvæst. Med. leg. 92. n. 5.* IV. Qvia Diabolus, qui Jobum ulcerum cumulo adobruit, piis qvoqve tale qvid, Dei permissu, inurere, & sic innocentes veneficii suspectas reddere potest. Thum. *desag. impiet.* Opp. I. Quod tale signum sæpe sit insensibile, & si acu perforetur, exsangue. Speid. *in Spec. jurid. sub voc.* Hexen. *Resp.* Quod possit in corpore humano naturalis aliqua nota vel in utero materno macula quædam recepta & cum homine nata esse quæ omnis sensus sit expers Oldek. *T. 4. Obs. 14. n. 7.* II. Quod tale stigma sæpe inveniatur [apud personas quæ verè veneficii reæ sunt & ad ignem condemnatæ, qualis casus m. zu W. fuit da nemlich T. L. so gebrandt/besage Protocolli inquisit. vom 19. Nov. 1691. ausge-

sagt: Das sie zwey Teuffel gehabt / wovon der eine Hans / der ander Hinrich geheissen / deren jeder ihr ein Mahlzeichen gegeben / welche auch / wie sie von der Tortur gekommen / vorgezeiget. *Resp.* me de tali casu non loqui ubi alia indicia occurrunt, imò ubi, uti h. l. confessio criminis integra fuit, quamvis nihilominus fallacia adesse possit quemadmodum testatur testimonium Dn. Medici quod habet Dn. Lucius *in sua inaug. diss. de confessioni*, his verbis: Auff begehren &c. haben wir die zu Jörgenth. in verhafft sitzende J. H. welche / daß sie vom bösen Feind gleich andern / mit einen Zeichen / und zwar hinter dem rechten Ohr / bezeichnet in der tortur bekennet / in Gegenwart &c. besichtiget / da den wir nach Abnehmung der Haar / wie fleißig wir auch gesuchet / weder einiges Fleckens / Narben / noch anders signi, an vorbesagten Orth können gewahr werden / &c.

Q. 10. Num s. c. propecunia Tesseris, chartulis lusoriis &c. ludere justū sit?

Aff. I. Quia quilibet rerum suarum liber

ber moderator & arbiter est *l. 21. mand.* Hinc si possum res meas vi dominii alteri pro lubitu donare, etiam dubio lusi eventui easdem exponere possum, quia hoc minus est quàm illud, cum uterque litigantium pari se subjiciat periculo. Dn. Sim. *de Just. hom. circ. consc.* II. Quia exludo sæpe animi heroes excitantur, dũ semper superioris esse contendunt, & tali exercitio natura hominum cognoscitur, animi n. motum vultus detegit *l. 19 ff. de Offic. Præs.* III. Lusum neq; jure Divino neq; naturali illicitum esse, latè probant Covarr. *rom. 1. p. 2. relect. in c. peccatum §. 4. n. 1. de R. I.* Joh. Thier. *de lusu aleæ*, Danhavver. *colleg. Decal. ad præc. 7 disp. 18. q. 13.* Puffend. *de J. N. & G. l. 5. c. 9. §. 5.* Dn. Struv. *Exc. 15. thes. 56.* Opp. I. Natura homines ad seria creavit, non ad voluptates. *Resp.* Licet, interim homini ea propter non interdictum est uti recreatione. II. Quod proximus sæpe decipiatur ac sic species furti sit, quod juri naturæ contrarium *§. 1. Inst. de obl. q. ex del. Resp.* Neg. Furtum enim est con-

trectatio fraudulosa quando invito Domino res contrectatur *pr. & §. 6 Inst. de obl. quæ ex del.* quod h.l. non est, nisi sint sacculatii &c. III. Concupiscunt bona proximi, contra X. præceptum *Resp.* hoc peccatum non ludo sed avaritiæ adscribendum, ut probe notavit Molin. *Tom. 2. disp. 511. n. 4.*

Q. 11. *An Castrato si fœmina potens, ipsi nubere velit, sit concedendum Matrimonium.* §

Neg. I. Quia spe & voto procreandi liberos uxores ducimus *l. 220. §. 3. de V. S.* quâ spe castratus defraudatur Dn. D. Stryck. *de jur. put. p. 21.* II. Quia tale matrimonium Nov. Leon. 98. est, vetitum, ac legi Divinæ adversatur, dum prohibentur matiti fieri Deut. 23. v. 1. III. Quia fœmina, quæ putat se tali maritô contentam esse velle, magnum secum trahit periculum, ne postmodum incontinentiæ stimulîs agitata, in peccatum adulterii labatur. B. D. Gerh. *in L. C. tom. 7. L. 8. de Conj. §. 235.* B. Brunn. *in ju-*

re

re Eccl. L. 2. c. 17. *vid.* D. Sim. de impot. Conj. ubi Resp. Facult. Theol. Argent. de An 1667. 8. Nov. allegat. Opp. I. Quod tamen consensus adsit. Resp. quod consensus talem conditionem in se habeat, si sc. maritus fuerit idoneus ad conjug. Beust *de conjug. P. 2. c. 14. II. l. si serva 39. §. si spado ff. de jur. dot.* ubi spadonibus omninò matrimoniũ ac dotis actio conceditur, etiam si actu generare non possint. *Resp.* quod sub nomine spadonis ibi non indigitetur impotens, qui per naturam duobus caret testiculis, sed qui minus ac remissè potens. III. Quod adsit finis secundarius sc. mutuum adjutorium *Resp.* Si solum adjutorium sufficeret, quid obstaret quo minus cum frigidis & quibuscunq; aliis, qui generare nequeunt. nuptiæ possent contrahi ab iis, qui adjumento indigent, quod tn. contra jus naturale Zöes. ff. de frig. *vid.* tract. die Capaunen-Heyrath genant per t.

Q. 12. *An Clerici testes producti, juratò debeant ferre testimonium?*

Aff. I. Quia omnis vis & efficatia testi-

testimonii, in jurejurando consistit *c.* 13. X. *de instr.* Carpz. *L.* 3. *Resp.* 95. *n.* 6. II. Per jus Divinum, Levitæ *n.* Regi Joas juraruntz. *Par.* 23. *v.* 2. 3. B. Gerh. *de Magistr. Pol.* §. 486. III. Quia talejuramentum per se non malum, sed potius confirmatio veritatis est *c. etsi Christus 20. in fin. X. de juram.* & species cultus Divini, ad quem præ cæteris Clerici sunt obligati; Unde JCti dicunt: Der Eydt/ wenn er rechtmäßig geschiehet/ist ein andächtig Gebeth zu GOtt. *vid.* Pinguiz. *Q.* 35. Etsic etiam teste Bechm. JCti Helmst. Mens. Oct. 1647. pronunciarunt, dissent. v. Facult. Theol. Jenens. apud Dedek. *Vol.* 1. *Cons. Theol. P.* 3. *membr.* 4. *sect.* 4. Rubr. Vom H. Predig-Ampt. Opp. I. *l.* 7. *C. de Episc. & Cler.* Resp. ibi tantum dicuntur exempti in hoc, quod non cogantur in judicio comparere, interim a. secundum Auth. seq. tenentur à Magistratu missi, quæ in judicium deductæ sciunt, jurato referre. II. *Auth.* Sed Judex *verb.* non tamen jurent. *Resp.* (1) verba illa videntur supposititia, cum non reperiantur

in

in Nov. 123. c. 7. ex qua d. Auth. est desumpta. Hahn. *de test n. 5.* (2) loquitur non in genere de Clericis sed tantúm de Episcopis, Speciale enim hoc est quod Episcopo injurato credatur & excipiatur à *l. 9. C. de prob.* Rittersh. *ad Nov. P. 1. c. 7. n 82.* Putat tamen Bechman. *Exc. 2. ad ff. de test.* non nimis rigirosè esse agendum cum Clericis, sed juramentum illis pro ratione circumstantiarum esse remittendum, sicuti etiam respon. Scab. Lipsi. Mens. Mart. 1644.

Q. 13. An propter sterilitatem divortium fieri possit?

Neg. I. Qvia fieri pt. ut progressu temporis sterilitas corrigatur, & ex benedictione Divina soboles procreetur; Sic Abraham centenarius Gen. 17. & 21. Isaac Sexagenarius, liberos procrearunt Gen. 25. v. 26. Sic Ludovicus XII. Galliæ Rex, anno matrimonii vigesimo secundo Ludovico XIV. hodierno Galliarum Rege Filio, auctus est, sc. 14. Sept. 1638. *Brach. hist.* II. Qvia alias m. ob ætatem senilem vel alterius vel utriusqve Conjugis

gis, separatio permittendum foret Gerh. *de Conj. §. 648. l. 27. C. de nupt.* qvod tn. non conceditur. Carpz. *J. C. L. 2. D. 200.* III. talia divortia expresse contrariantur mandato Divino Matth. *5. v. 32.* prohibita m. sunt à Theologis & JCtis fermè omnibus; Qvod a. expresse est prohibitum, non manet permissum *c. cum ap. desponſ.* Et qvomodo qvis sibi polliceri potest, qvod in secundo matrimonio prolem certo sit habiturus? vid. Arnis. *de J. connub. S. 8. n. 23.* Opp. I. Qvod jure veteri sterilitas justam divortii causam præbuerit *l. 60. ff. de donat. int. v. & ux.* Resp. qvod hanc legem moribus Romanorum propter censuram relinquamus, utpote qvi apud Censores jurare tenebantur, se qverendæ sobolis gratiâ uxorem habituros, in Republica a. nostra Christiana leges authoritate Divina stabilitæ nos aliud docent II. Qvod finis matrimonii videatur eludi. *Resp.* licet, supersunt tn, alii, *v. g.* solatii, thori, fides conjugalis &c. & sic disting. *inter* finem primarium & secundarium, *inter* actum & poten-

potentiam. III. Exempla Magnatum *Resp.* non quæritur qvid fiat, sed qvid fieri debeat. Deinde multa conceduntur Principibus & illustr. personis, qvæ aliis denegantur Ludov. à Schora *var. cons.* 3. *q.* 3. *n.* 9. *Vol.* 3.

Q. 14. *Licetne Laico in casu mortis instantis, si Pastor. haberi nequit, S. Cæn. alteri conferre?*

Neg. I. Qvia soli Ordinato Ecclesiæ Pastori id competit *c. in fin.* X. *de S. Trin. c.* 1. *dist.* 25. *Clem.* 1. *de priv.* Gerh. *de S. Cæn.* §. 16. Carpz. *P.* 2. *D.* 113. *n.* 32. *R.* 1. 1558. II. Qvia hujus rei neqve mandatum Dei, neqve Scripturæ exemplum habemus vid. Hutter. *in L. Theol. art.* 19. *de SC. c.* 4. *q.* 3. Opp. I. Analogia baptismi, ubi in casu necessitatis à Laico hoc opus validè peragitur cit. R. I. Von der Tauffe §. was aber *Resp.* qvod non sit tanta necessitas S. Cæn. quanta baptismi; Hoc n. est Sacramentum initiationis, illa v. confirm. Dn. Lynck. *de S. Cæna.* II. Praxis Ecclesiæ Argenteratensis, ubi nudis

studi-

studiosis Theologiæ administratio S. Cænæ conceditur. *Resp.* hoc malè esse, deinde non videndum qvid fiat, sed qvid faciendum *l.* 12. *ff. de O. Præt.* nec exemplis judicandum, aut qvid probandum *l.* 1. §. 6. *C. de V. J. E.*

Q. 15. *An uxor marito juratò promittens, qvod post obitum ejus nolit ad secunda vota accedere, id servare teneatur?*

Neg. I. Qvia hoc votum contra ipsam matrimonii substantiam est, ut & procurationi liberorum & utilitati Reip. contraria arg. *l. salut. m. l.* 7. §. 3. *ff. de bon. damn.* talibus a votis contravenire, licitum est *l.* 22. *ff. de cond. & dem.* Num. 36. *v.* 5. juxta præceptum Apostoli: *Nubat cui vult, in Domino* II. Qvia quævis vota debent esse possibilia, nec occasionem peccandi præbere Bald. *cas. cons. l.* 2. *c.* 8. *c.* 14. nec bonis moribus aut legibus repugnare, turpemqve causam continere *l.* 27. §. 4 *de pact. l.* 77. §. 6. *de V. O.* qvod tn. hoc in casu aliter se haberet. *vid.*

Carpz

Carpz. *L. 2. J. C. def.* 172. Dn. Müll. *de odio sec. nupt.* Opp. I. qvod pacta sint servanda. *Resp.* si sc. possibilia & honesta sunt. Dn. Struv. *Ex 6. th 42.* II. Qvod Deus castitatem commendet & præcipiat 1. *Cor. 7. Resp.* hoc præceptum non est derogatorium matrimonio, dum in proprio m. uxoris Concubitu castitas servari pt. quod ipsa Synod. fatetur *12. d. ist. 31.* III. Promissionem esse juratã *Resp.* tales promissiones juratæ nullius sunt momenti, qvando majus bonum impediunt, & habet locum Isiodori dictum: *in malè promissis rescinde fidem c. 22. qu. 5. vid.* Dn. Müller *d. l.* & Consil. Witteb. *tit.* von Ehe-Sachen.

Q. 16. *An periculum rei venditæ regulariter spectet ademptorem?*

Aff. I. Qvia emptor omne emolumentum ex re vendita sentit, ergo & detrimentũ & incommodum sentire tenetur *l. 7. pr. ff. de per. & com. rei v.* II. Qvia venditor est debitor speciei, ideoqve ipsius interitu liberatur, cùm nemo tene-

teneatur ad impossibilia. Nec obstat *l. 33. ff. locat.* Nam ibi supponitur casus ubi fundus ante traditionem publicatus erat, id qvod sine culpa venditoris contingere haut potuit, ergo ipsius qvoqve erit periculum propter culpam *l. 35. §. 4. ff. de contr. empt. vid.* Carpz. *p. 2. C. 26. D. ult.* Dn. Brunnem. *in repet. Par. IV. d. t. q. 3. Lauterb. comp. jur eod. t. §. nisi.*

Q. 17. An contra furiosum se liceat defendere?

Aff. I. Qvia id factum vim continet, vim a. illatam omni jure repellere pt. qvivis argt. *l. 1. §. 11. ff. si qvadr. paup. fec. t. 4. l. 45. §. qvidam ff. ad L. Aq.* II. Qvia qvilibet contra qvemlibet vim atq; injuriam inferentem se defendere pt. *l. 3. ff. de J. & J.* Nec obstat quod furiosus animo & proposito injuriandi destituatur, Qvia in defensione non reqviri-mus vim faciendi & injuriandi propositum, d. sufficit ut vis inferatur, ubi n. violenta adest offensio, ibi defensioni locus est. Qbrecht. *de necess. def. c. 6. n. 57. & 63.*

Q. 18.

Q. 18. *An qui mandat quem vulnerari, occidi q. vetat, ordinariâ homicidii pœnâ afficiendus sit?*

Neg. I. Qvia talis mandans animum occidendi non habuit E. *l.* 1. §. *Divus ff. ad C. Corn. de sic* II. Propter text. *in l.* 3. §. *ex SCto ff. d. t.* ubi dicitur, jussam fuisse relegari eam, quæ non qvidem malo animo, d. malo exemplo, medicamentum ad conceptionem dederat, ex qvo ea, quæ acceperat, decessit. III. arg. *c. ult. de homic. l.* 6. *junct. l. in L. Corn. ff. d. t.* Opp. I. qvod scire debeat, vulnera ad mensuram infligi non posse Dn. Brunn. *Exc.* 21. §. 7. Resp. Hac desidia solũ culpa qvadã nonv. dolo se contaminavit, quæ pœnam L. Corn. non importat *l.* 7. *ad L. Corn. de sic.* Hartm. *obs. lib.* 2. *t.* 50. II. Malo exemplo vulnus mandavit. Resp. Non tn. malo animo sc. occidendi. III. Mandans mortis causam præbuit, nisi n. jussisset vulnerari, cædes nunqvam insecuta fuisset, nihil a. interest occidat quis aut causam mortis præbeat *l.* 15. *ff. ad L. Corn. de sic.* Dn. Stryck. *de Mand. delinq.* Resp.

Hoc

Hoc procedit qvando qvis mortis causam præbuit directè, immediatè, doloq; malo, vel hominis necandi animo, secus si ex culpa vel indirectè uti in nostro casu *l. 7. ff. d. t.* Hunn. *ad Treutl. v. 2. disp. 32. th. 5.*

Q. 9. *An motus retorsio gestibus facta, æq; ut verbalis valeat. v. g. si injuriatus nasum suum apprehendat*: andeutent/ das der *injuriant*, selbst ein solcher seyn möge/ als wofür er gescholten wird?

Aff. I. Qvia gestus æque signa animi sunt ut verba, neque minus interdum animum declarare possunt qvam ipsa verba, Dn. Eichel *de jur. ret.* II. Qvia solus nutus, in iis quæ verba præcisè non requirunt, sufficit ad arguendum consensum dissentiumvè *l. 48. l. 62. in fin. ff. de O. & A.* III. Qvia minis s. gestibus non minus infertur injuria quàm verbis imò major sæpe adfertur ignominia, quæ simul alios ad inferendam injuriam irritat *v. g.* Siquis Dianæ signum, quo Cornuti notari solent, capiti affigat *l. 39. De inj.* Berl. *p. 5. C. 59. n. 124.* Dn. Eichel *d. l.*

FASCICULI III.

Q. 1. *An Judæus fur, inversus à pedibus sit suspendendus?*

Neg. I. Qvia Judæi utuntur jure communi perinde ac Christiani, convenit igitur ut secundum leges communes qvoqve judicentur, nullibi a. invenitur Judæum à pedibus esse suspendendum, sine lege ergo loqvi, erubescendum Carpz *p. 4. c. 32. D. 22.* II. Qvia immania hæc supplicia facerent, ut Judæi nos magis magisqve oderint, & Christianam religionem, quæ tn. à lenitate qvàm maximè se commendare debet, abominentur, potius enim misericordiâ qvàm odio sunt digni miseri isti, cum in illis tq. in speculo videamus vindictæ Divinæ exemplum, de quo Rom. 11. *v.* 22. Hinc m. Scab. Lipſ. à Prætore Lipſ. M. G. Judæum Pragensem ob furtum Lipsiæ commissum, more solito à collo suspendendum esse, responderunt mens. Nov. 1613. Carpz. *P. C. P. 2. q. 88. n. 46.* Non obstat qvod iste puniendi modus qvibus-

dam in locis sit receptus. Talis n. consvetudo valde irrationabilis est. *vid.* Rem. *ad art. ult. Const. Crim.*

Q. 2. *An tali homini, qvi ob lucellum inflatas buccas percutiendas præbet,* (welcher auffbläset) *alapam infligere liceat?*

Neg. I. Quia hoc factum turpe, imò intellectu juris impossibile est *l. 79. §. 1. ff. de J. dot.* quæ enim non, nisi cum dedecore existimationis nostræ possumus, turpia reputantur & impossibilia *l. 15. ff. de condit inst.* II. Quia nemo ita dominus est membrorum suorum ut possit alteri ea ad usum inhonestum commodare *l. 13. pr. ff. ad L. Aq. Zoes. ad l. 26. ff. de V. O.* III. Quia stipulator ex tali inflictione nullum sentit commodum, sed potius lædit proximum Coler. *Pr. Ex. P. 1. c. 8. n. 72.* Opp. I. Eleemosynas dare res licita est. *Resp.* Concedo, ast cur prius pauperis malas percutis? Si vis eleemosynas erogare, fiat absque alapis eundemque cum increpatione, quo impo-

imposterum genas inflatas pro lucro aliis præbere desistat, dimitte. II. Volenti non fit injuria *l. 187. ff. de R. I. Resp.* quod hoc non procedat in facto non iterabili sicut fit in eo qui se obstrinxit ad ferend. alapam *vid.* Dn. Stryck, *in diss. de alapa.*

Q. 3. *An parentes liberos suos cogere debent ad ducendas conjuges quas ipsi elegerunt & probarunt?*

Neg. I. per *l. 12. & 14. C. de nupt.* C. I. A, *lib. 23. tit. 2. Thes. 4.* ubi B. Lutheri integrum Rescriptum allegat, das die Eltern die Kinder zur Ehe nicht zwingen sollen. Carpz. *J. E. lib. 2. D. 30. n. 7.* B. Brun. *de J. Eccl. lib. 2. c. 16. §. 3.* II. Pugnat cum pietate paterna, cogere liberos ad talia matrimonia, quæ, testante experientiâ, sæpissimè difficiles solent habere exitus *c. 2. & 4. X. de sponsa. c. 31. q. 2.* III. Pugnat cum libertate matrimonii *c. 14. X. de sponsa. c. 10. X. de Procur.* IV. Exemplo parentum Rebeccæ, Gen. 24. *v.* 54. & Saræ, Tob. 7. *v.* 15. qui consensum liberorum explorarunt. Opp. I. Paren-

tes sunt honorandi *l. 2. ff. de J. & J. Resp.* dist. inter metum compulsivum & impulsivum, qui m. dr. reverentialis *illum* solum intelligi liberoq; consensu obstare, *hunc* v. matrimonium minimè impedire, existimandum argt. *l. 3. ff. quod m.c. II.* Tali modo tamen liberorum consensus adest. *Resp.* non est consensus voluntarius sed coactus, qui non est consensus Dunt. *c. si. consc. c. 19. sect. 1. q. 30. Reger.* l. 21. §. 3. *ff. q. m. c. c. meritò. caus. 25. q. 1.* ubi habetur quod coacta voluntas sit etiam voluntas. *Resp.* non tamen est libera & absoluta, uti h. l. requiritur.

Q. 4. An chiromanticus teneatur injuriarum, si consultus ex lineis manuum respondet quandam fieri meretricem? ?

Neg. 1. argt. *l.* 15. §. 13. *ff. de injur.* actio n. injuriarum non datur, nisi adversus illum qui animô injuriandi quid dixit. *l. fecit l. illud* 3. §. 1. & l. 4. *ff. de injur.* in præsenti a. casu non animo injuriandi,

riandi, sed artis suæ exercendæ causa, vaticinatus esse censetur. *vid.* Eckh. *ad ff. de inj. §. 3 III* Quia non sua sponte, sed requisitus & consultus, peritiæ suæ regulas applicuit, *d. l. 15.* si secus, ab injuriarum judicio se non liberabit. *vid.* Harpr. *ff. de inj.* Non obstat quod quilibet verbum injuriosum animo injuriandi prolatum præsumatur *l. 5. C. de injur. ibiq.* Brunn. Hæc n. præsumptio officium suum perdit, quando ex injuriis & circumstantiis aliud colligitur argt. *d. l. 15. §. 36. ff. de inj.*

Q. 5. An damnati ad mortem possint Medicis vivi dari ad Anatomiam?

Neg. I. pœnæ n. executio carnifici mandanda, non verò Medico, cujus ars ad salutem hominum pertinet, non ad perniciem *l. 1. §. 1. de extr. cogn.* II. Quia ejusmodi anatome, tale supplicii genus est, quale nulla lex, nullaq; consuetudo, approbavit, & sic non approbanda arg. *pr. ff. de offic. Jud.* Et licet leges permitterent, tamen vincit illam humanitatis ratio *l. 29. C. de appell.* III. Ne mo-

rituri inter tantos cruciatus desperatione, futuræ m. vitæ spem, miserè amittant, quo sane nihil truculentius, & ipsi carnifici horroris plenius esse pt. *Opponuntur Exempla.* Sic Ludovicus Galliarum Rex permisit Medicis Parisiensibus, militem, capite damnatum, &c. calculo laborantem, vivum secare ut calculi vesicalis extrahendi modum perqvirerent. Riolan. *Fil. Med. Gall. lib.* I. *Anropogr. c.* II. *fol.* 42. Et anno 24. Imperat. Constant. Medici, Christianum vivum à thorace pubetenus, ad hominis cognoscendam positionem atque structuram, inciderunt, ut est in Diario SS. Medic. à Molan. edit. *Resp.* Hoc ab Ethnicis olim factum, Christiani tn. quibus religio est admittere malum ut eveniat bonum *Rom. 3. v. 8.* id non permiserunt. *Reger.* Superesse tn. aliquid eorum quæ ad corporis humani perfectam cognitionem spectant, quod in cadavere cognosci non possit, *Resp.* id ex brutis æque ac ex homlnibus pt. addisci. Hinc m. vivorum brutorum nonnunquam dissectio

ctio aggredienda, hominibus v. parcendum. Harpr. *in instit. d. t.*

Q. 6. *An ex vultus convenientia s. similitudine possit colligi filiatio.*

Neg. I. Est n. modo accidens & ex alia causa quàm generatione contingit, sc. ex imaginatione & forti mulieris impressione, tempore conceptionis Mascard. *de Prob. c. 789.* Menoch. *de A. J. Q. l. 2. cas. 89.* leve ergo exinde capitur indicium Zach. *Q. Q. Med. Leg. lib. t. 4. q. 4.* II. Quia nequidem plerumque filii, referunt patris speciem, sed m. extraneorum. Umm. *Pr. disp. 15. n. 52.* Etsi a. signum videatur fallax si tn. alia concurrant indicia, uti ante aliquot annos in causa T. R. factum, præsumptio imaginationis fallitur. *vid.* Hahn. *ad W. de stat. hom.*

Q. 7. *An ob illatam injuriam, hominis fama & existimatio verè auferatur?*

Neg. I. Quia honor noster in arbitrio

bitrio privati non positus est, sed authoritate legis & Magistratus nititur, & sic privatus pro arbitrio suo famam non lædere, multò minus tollere pr. *l. un. in fin de fam. lib.* II. Fama acquiritur & defenditur solâ ac unicâ virtute, vitæ integritate ac morum probitate, & non nisi propriis vitiis & inhonestis actionibus amittitur *l. 13. §. 8 ff. de re mil. l. 6. §. 2. ff. de his q. n. inf.* Opp. Quod tn. contra injuriantem detur actio injuriarum. *Resp* ob apparenter amissæ vel læsæ famæ restitutionem fieri. Hinc cauti Advocati non utuntur verbis: N hat Klägern an seinen ehren geschmahet/ sed: er hat sich/ so viel an ihm gewesen unterstanden &c. Carpz. *Pr. Cr. q. 95. n. 92. Reger.* vulgatum illud *Calumniare audacter semper aliquid hæret.* Et quod ideo m. introducta sit actio ad palinodiam Mynſ. *O. 98. L. 2. Resp.* Id ex opinione vulgi fit, cui ita persuasum, illatâ injuriâ quippiam detrahi, & ideo per recanti remedium restitutionem honoris sibi conciliant, ne petulantia, & malitiæ perversorum maneat impunita, Dn. Myl. *de act. ad Palin.* Q.

Q. 8. *An maritus cogi possit, ut pro conservatione dotis fidejussorem det?*

Neg. I. Quia mulier se ipsam & parapherna sua marito committit argt. *l. 4. l. 8. C. de pact. conv.* quare igitur fidejussor pro dote dandus? II. Quia mulier plus alterius fidei videatur quàm mariti sui, tribuere §. fin. Inst. de repl. unde rixæ, odium &c. III. Quia fidejussoris datio contumeliosa est *l. 17. §. ult. de test. tut.* IV. Per tot. tit. C. *ne fidej. dot. dent.* Dn. Scrôt. *Diss. inaug. pos.* 12. Opp. I. argt. *l. 8. §. 6. de fidej. Resp.* qvod argumenta textuum contra expressas leges nihil valeant. II. argt. à pari, qvod sc. pignus eo nomine dari possit. *Resp.* Est differentia inter dationem pignoris & fidejussoris, datô n. pignore, res uxoris tantum ponitur in tuto, non m. alterius personæ fidei plus tribuitur, cum v. qværitur fidejussor, dubitatur de mariti fide qvod ignominiosum. III. *l. 55. ff. de jur. dot.* „*Resp.* hæc lex non loqvitur de uxor,

sed de eo qui dotem viro promissam ab uxore expromittit *vid.* Dn. Scrôt. *d. l.*

Q. 9. Num advocatorum munus in se & sua natura spectatum, Deo qvam maximè placeat, & sic s. consc. possit exerceri?

Aff. I. Qvia Advocati munus Nobile, & perse satis honorabile ac laudabile, utilitate m. & necessitate exigente, constitutum argt. §. 6. *Inst. de attil. tut.* II. Quia Imperatorem ipsum de egregi Advocati splendore qſ. perorantem habent *in l.* 14. *C. de Advoc. div. jud.* III. Qvia olim Imperatores aliiqve summi viri, non erubuerunt causas perorare *vid* Dn. Beier *de Adv. v. & pers. c.* 10. §. 2. *& 3. IV.* Qvia Christus ipse hoc munere fungitur Hebr. 7. v. 25. *ibi* qui postulat pro nobis & *ibi* Advocatum habemus apud Patrem, nempe Jesum Christum, Joh. I. c. 2. v. 1. Dn. Stryk. *de cons. Adv. c.* 1. *p.* 9. Opp. I. Jurista est pervertista, Juristen sind böse Christen/ Advocaten haben kein Gewissen &c. *Resp.* quod malevolorum iniqvæ, in Nobilem Advocatorum ordinem censuræ, parum

sint

sint attendendæ. *Reger.* verũ tn. esse quod inter Advocatos hodiernos multi reperiantur parum conscientiosi *Resp.* Hoc qvidem verum esse, ast siccine Theologia damnanda venit, qvia tot habet hæreticos, Medicina reprehendenda propter corruptores & circumforaneos? minime gentium! imò nullus ferè hodie ordo inter homines datur, qui non maximis personarum ordini adscriptarum vitiis sit inqvinatus, *Disting.* ergo inter usum & abusum *Usus habet laudem, crimen abusus habet.* II. Qvod Joh. Petr. Ala *in tract. de Adv. caus. Christ: p. 2. exhort. 3.* dicat: Se ingenti stupore percussum, cum aliquando legisset, subulcum quendam multum elaborasse, ut porcos ageret in suile, & tandem indignatum exclamasse: Eatis tandem in hoc stabulum, sicut Advocati & Procuratores descendunt in infernũ & continuò gregatim omnes introiviſſe. DnStryk. *d. l. Resp.* Positô hoc verè factum esse, locutus tn. est ut subulcus, i. e. insulsè & ineptè, & sic ejusmodi locutiones floccifaciendæ

sunt. III. Constitutio Friderici in Comitiis Moguntinis 1145. lata, *ibi*: alle Doctores der Rechte &c. sollen an keinen Gerichten/ bey keinen Rechten gelitten sondern gantz abgethan werden &c. *Resp.* illa constitutio admodum rigorosa est, unde m. una ex illis, qvæ nunquam in Imperio recepta, aut à statibus approbata, utpote à tramite recto recedens Limn. *de J. P. lib. 4. c. 8. n. 18.* Dn. Beier *d. l.*

Q. 10. An cadavera humana cum coronis aureis aliisq; pretiosis ornamentis sint sepelienda?

Neg. I. Quia nulla ratio demonstrari potest, cur tales immodicos, in mortuis sumptus facere velimus, non n. in arenam descendunt, ubi festivitates & choreæ ducendæ sunt, sed à vermibus consumuntur. Anth. de Guev. *in Hor. Princ. lib. 3. c. 55.* *II.* Quia nimia sumptuositas vivis nocet, & mortuis haut prodest, quippe qvi nulla re amplius indigent Joh 11. *v.* 12. Carpz. *J. E. L. 3. D. 392. n. 15.* *III.* Quia vespillionibus facilè ansa dari

sa dari potest sepulchra defunctorum effodiendi & deprædandi. Opp. I. Quod olim ornamenta, quibus quis maximè in vita delectatus erat, simul cum homine comburi solita fuerint. Vander. de *priv. cred. c. 3. n. 9. Resp.* hoc ab Ethnicis factum, in jure a. nostro id diserte prohibitur *l. 14. §. 5. ff. de relig. & sumpt. fun. II.* Quod defunctus id jusserit, *Resp.* Si in sepeliendo contra consvetudinem & mores defunctus modum præscripserit, hanc voluntatem hæres impune potest negligere *l. 113. §. 5. ff. de leg. I. l. fin. §. fin. de aur. & arg.* nemo n. in suo testamento libertatem habet, ut vim legum rumpat, aut contra bonos mores statuat s. jubeat *l. 15. de Cond. instit.* Dn. Philipp. *de sumpt. fun. cap. 4.*

Q. II. *Num viduæ sponsæ antelucanum munus s.* Morgengabe *debeatur?*

Aff. Quia tale donum non semper ac precisè datur in remunerationem de-

floratæ & intersectæ virginitatis, sed m. ex qualibet alia causa, *puta honoris &c.* imò datur à marito uxori ulterius in præmium & remunerationem pudicitiæ Conjugalis, quæ & in vidua, marito se agnoscendam tradenti, locum invenit. D. Myl. *in Gamolog. perf. illust. c. 15. th. 7.* Opp. quod detur in præmium amissæ virginitatis, quæ ratio a. in vidua cessat. *Resp.* ex præced. *Reg.* Ergo & vidua juveni nubens, tale munus dare tenetur, ex jure correlatorum *Resp.* Neg. sequeretur n. quod m. ab ipsa virgine fieri deberet, cum tn. consuetudinis sit ut tale munus soli sponsæ offeratur. *inquis:* nonnunquam tn. à viduo sponso, Juveni tale munus datur. *Resp.* hoc neutiquam est Morgengaba! sed alia quædam donationis species. Dn. Schröt. *diss. de J. viduar. thes. 58.*

Q. 12. An legatâ Bibliothecâ, illi quoque libri ab hærede, legatario sint præstandi, qui post legatum jam tum scriptum fuerunt empti?

Aff.

Aff. Quia Bibliotheca est universitas, quæ augmentum & decrementum recipit, in universitate v. legata omne augmentum, quod rei legatæ accedit, debetur. §. 18. *inst. de legat. l. 19. ff. de instruct. & instrum. legat.* Menoch. *Cons. 97. n. 72. & Cons. 106. n. 178.* Sic equitio legatô debentur omnes equi, quos postea Testator comparavit Brunn. *ad l. 7. ff. de aur. & arg. leg.* Opp. quod legatum indefinitè relictum, referatur ad tempus conditi testamenti *l. 41. §. 4. l. 102. ff. de leg. 3.* Gail. *l. 0. 73. n. 4.* Covar. *Pr. Q. 2.* Si ergo alicui aurum meum legavero, vel vestes meas, intelliguntur tantum aurum & vestes, quas habui tempore testamenti. *l. 7. ff. de aur & arg. leg.* *Resp.* hi textus sunt intelligendi, si non res collectivè & universaliter fuerint relictæ, sed tantum indefinitè *vid.* Rhodius *de libris erudit. p. 43.*

Q. 13. An id quod dormiens in somno dicit, pro vero sit habendum?

Neg. Quia dormientes æquiparantur

rantur furiosis *in l. 1. §. 3. ff. de acquir. vel om. poss. c. 3. §. sed adhuc & §. it. quæ. X. de baptism.* dependet v. vis confessionis legitimæ à rationis judicio, quò sublatò & fides confessionis dubia redditur Jam verò hoc ipsò carent dormientes, mortuis non absimiles, uti dicuntur in *Clem. I. in fin. de Sum. Trin.* Non obstant exempla eorum qui in somno produnt omnia, & respondent ad interrogata; Nam licet hoc fiat, tn. dormientes ignorant quid faciunt, ignorantia a. mater dicitur erroris *c. 1. & 2. dist. 38.* nisi expergefacti confessionem ratam habeant, cum per ratihabitionē confessionem *rat.* agnoscant & comprobent. *l. 12. §. 1. ff. rem haber.* Dn. Ittig. *diss. de conf. non conv. p. 16.*

Q. 14. *An nobilis indistincte, sive aq; nobilem sive ignobilem injuriaverit, palinodiam canere debeat?*

Aff. I. Quia hæc actio rei persecutoria est, tendens ad famæ quasi læsæ, restitutionem, adeoqve hîc agitur de satisfactione parti læsæ debita

debita. Berl. *P. 5. C.* 12. *n.* 30. Carpz. 2. *q.* 96. *n.* 12. ubi nulla personarum distinctio facienda Bald. *in l.* 4. *C. de Sum. Trin.* II. Quia & comites ad Palinodiam condemnatos esse reperimus. *vid.* Dn. Hartung/ *de act. ad Pal.* Finck. *in append. obs.* O. 16. *n.* 10. III. Quia diserte hoc innuunt & omnem personarum differentiam tollunt *Const. Elect. Sax.* 42. *p.* 4. *ibi* das ein jeglicher/ wer der auch wäre Hinc etiam mens. Jan. 1617. in. Supr. Jud. Appell. contra quendam U. I. Doctorem pronunciatum: Das er Klägern einen öffentlichen Wiederruff doch unbeschädige seiner Ehren &c. Dn. D. Myl. *de act. ad pal.* Nec obstat, quod cum nobilibus agendum sit mitius, Tyraquell. *de nob.* c. 20. *n.* 108. *Resp.* hoc tantum procedit in iis Judiciis, ubi de pœna reo injungenda agitur, non a. in illis ubi rem nostram prosequimur, & quidem tunc cum illa pœna arbitrio judicis est relicta.

Q. 15. *An miles Christianus Principis infidelis signa in bello justo sequi possit &c.*

Aff. Or-

Aff. Ordo n, naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli authoritas atque consilium apud Principes sit, quorum potestas non est, nisi à Deo hoc jubente s. sinente; *c. 4. XXIII. qu.* 1. cujuscunque igitur religionis ille sit, pt. nihilominus Christianus operam suam in bello justo illi locare, cum nec desint exempla infidelibus militantium *e.g.* Militum Christianorum sub Juliano Apostata, de quibus vid. *c. 94. XI. qu. 3. & 98. §. Julianus.* Grot. *lib. 1. c. 2. §. 10. n. 11. de J. B. & P.* Sic constat ex Josepho & aliis scriptoribus multa millia Judæorum Romanis olim militasse, de qvibus, Grot. *lib. 1. c. 2. §. 7.* intelligit locum Luc. 3. v. 14. Non obstat. 2. *paralip.* 19. *v.* 2. quippe qui locus loquitur de bello injusto in quo auxilium Achabo præstiterat Josaphat. II. *c.* 4. 5. *XV. qu. 6.* cum dicti textus non prohibeant defensivam d. solum offensivam Dn. Tilem. *de cong. milit.*

Q. 16. Utrum Princeps Christianus

nus sine peccato possit conscribere milites ex turba & populi infideli v. g. Turcis, Judæis?

Resp. per distinctionem cum Bocero *de Bell. & duell. lib. 1. c. 7. p. 28. sc.* licere hoc si de fide & constantia in promissis nationis illius, ex qva conducendi sint, certè constet, imprimis ad sui defensionem in casu summæ necessitatis Lim. *ad Cap. Car. V. p.* 192. cum qvod qvis ob tutelam corporis sui facit, jure feciſſe videatur *l. 3. ff. de J. & J.* Non obst. *c.* 12. *sæpe* 27. *qu.* 1. quippe qui Can. non partim de consortio spirituali, partim de non necessario loqvitur *vid.* Dn. Tilem. *d. l. p.* 24.

Q. 17. An qvis de sua tẽstari possit anima?

Neg. Dn. Sim. *de just. hom. c. an.* I. Quia anima non est in commercio, de quibus rebus testari non licet. §. 4. *Inst. de leg.* II. Quia anima non est in nostro Dominio, & sic in alterum transferri non pt. III. Quia talis, m. respe-

ctu alterius, esset inutilis, utpote nullam petere pt. executionem. *opp.* I. Qvod legatum m. de re aliena valeat. *Resp.* quoties sc. res aliena est in commercio, ut aut ipsa, aut ejus æstimatio dari possit legatario *d. §. 4.* II. Formula usitata testatoribus: Sie befehlen ihre Seele ihrem Heyland Christo Jesu/ den Leib aber den Schoß der Erden. *Resp.* hoc propriè non est legatum, d. rei precariò concessæ, restitutio, anima n. est Salvatoris, corpus v. terræ custodiendum traditur. III. Pessimi homini non dubitant legare & addicere animam suam diabolo. *Resp.* Hoc legatum est invalidum *Reger*, contrarium testibus quibusdam exemplis experientiam docere. *Resp.* Non probant hæc pacta esse valida, quin potius id tq. nefariè susceptа, talis modi via à justissimo animæ Creatore Domino ac Judice fuisse punita Dn Sim. *d. l.*

Q. 18. An pecunia sit adæquatum objectum contractus emptionis venditionis?

Neg.

Neg. I. Quia absurdum est medium (uti pecunia est) acquisitionis, rem ipsam acqvirendi esse. Don. *de resc. vend. p. 1. c. 3. n. 15.* II. Qvia non spectat ad objectum mercaturæ, in emptione n. & vendit. merx & pretium esse debet, *l. 1. ff. de contr. empt.* Wes. *in parat. d. t.* si a. pecunia venderetur, quod merx, qvodve pretium sit, non potest discerni. *Opp. I.* Quod Salomon Rex argentô negotiatus fuerit 1. *Reg. 10. v. 22.* & argentum vendi posse testatur *l. 12. §. 3. de Coh. Prin. Resp.* dist. inter argentum adhuc rude, & ad certam monetæ speciem redactum, de *illo* concedo, de *hoc* nego. *Dices:* quod tamen argentum non signatum *v. g.* Die Spanische Mette/ realem &c. pro pecunia habeatur, & in commerciis utatur· *Resp.* Neg. non n. est cusa vel imago ei impressa, sed quia ut res, secundum pondus & bonitatem in permutationem veniant, vendi possunt *l. 9. §. 2. ad L. Corn. de falsi. vid.* Dn. Zipffel *de thess. collyb. sect. 2. §. 6.*

Q. 18. An aliqvis contra Principem, si ab eo invadatur, se defendere, eumq; s.c. occidere queat?

Neg. I. Qvia Principis salus Reip. salus est. *l. 3. ff. de Offic. Præf. vig.* cui privatus vitam suam præferre neqvit, d. potius illam promovere, suâ vita & morte tenetur tam in foro civili per *l. 3. §. fin ff. de pecul.* quàm in foro conscientiæ. Valer. *de differ. utr. fori sub voc. accusatio n. 2.*

II. Qvia Principis persona multis est utilis, & charitas sæpe monet, imò interdum imperat, ut meo unius bono, multorũ admodum bonum præferam Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 1. §. 9. ibiq;* Zigl. III. Qvia Principis potestas à Deo est, cui morem gerat subditus, obstringitur hinc æqvo animo ferendum quod Principe malum infertur, & divinæ dispositioni negotium committendum. Dn. Cha ii. *de for. consc. p. 169.* Grot. *d. l. Opp.* I. quod defensio sit jus naturalis & sic immutabilis. *Resp.* hoc verum est manente sc. eodem subjecto iisdemq; circumstantiis & condition

bus rei cohærentib9. Grot *Princ. jur. nat.* c. 3. §. 9. quæhic aliter in Principe vid Dn. Sim. *de just. hom. c. f. mēb. p. 75.* II. Defensio tunc est justissima, quando offensio, uti h. l. injusta *l. 1. §. 11. ff. si quad. paup. fec. Resp.* Licet injustè agat, non tamen ipso facto desinit esse Princeps *i. e.* persona S. Sancta & inviolabilis. Dn. Zigl. *ad Grot. d. l.*

Qv. 19. An is qui usus est remedio retorsionis, possit adhuc injuriarum actionem intentare?

Neg. I. Quia injuria per retorsionem satis vindicata est. *l. 25. ff. de Proc.* Harpr. *ad § 12. Inst. de inj. n. 79.* II. Quia qui legitimè retorsit, exstitit sibi Judex & ultor Carpz. *Pr. Cr. q. 97. n. 34.* & jus sibi ipsi dixit, frustra ergo conqueritur apud Judicem. argt. *l. 37. in fin. ff. de min.* III. Ob magnorum JCtorum Responsa, sic n. in supremo Ducatus Wirtenb. Tribunali pronunciatum, testantur Boc. *de fam. lib. n. 54.* & Harpr. *d. l.* & sic in Dicast. Jenens. *mens. Jun. 1622.* responsum, refert. Dn. Richt. *P. 2. D. 29.* ita etiam judicarunt JCti Jenens. *mens. Dec. 1640.* teste Dn.

Dn. Bechmann. *ad ff. de inj.* quibus calculum in pronunciando addere solita fuit Facult. Jurid. Gryph. secundum B. Dn. Mev. *ad J. L. l. 4. t. 4. a. 10. n. 78. Opp. I.* Actio inj. recantatoria potest cumulari cum æstimatoria, E. *Resp.* quod hæc cumulatio locum habeat obligatione injuriæ impositæ nondum abolitâ, per retorsionem autem ipsa perimitur injuria indeque nata obligatio, & sic cumulatio fieri nequit *l. 53. pr. ff. de O. & A.* II. Nullibi in jure civili retorsio inter modos dictos relata reperitur. *Resp.* Etsi disertis verbis retorsio inter modos illos relata non reperiatur, ex rationibus tamen adductis, Harpr. *d. l.*

Q. 10. Si aliquis rem tanquam suam violenter surripiat, an hic immunis sit à pœna rapinæ?

Aff. Per textum expressum *in* §. 1. *de bon. rapt. & l. 2. §. 18. ff. eod.* Non tamen ea propter omni pœna solutus est, peccat n contra constitutionem *l. 7. C. unde vi* dum propria authoritate exeqvitur quod per Judicem fieri debet. Nec dissimilis est textus *inl. 13. ff. quod m. c.* ubi creditor amissione jur ris punitur, si per vim debitum extorserit. Hancq; pœnam adhuc usu observari, tradit Dn. Brunn. *C. t. Decis. 32.* Mev. *P. 1. D. 95.* qvod tn. se eus in Saxon. *Vid.* Carpz. *P. 3. D. 269.* Dn. Schulz. *de impunitate p. 131.*

FASCICULIIV.

Q. I. *An qui ad culeum damnatus, in aqvis fuerit ſuffocatus, indeq; retractus revocillatus, denuò ſit ſubmergendus?*

Neg. I. Quia aliàs duplici dolore & mortis horrore pro uno delicto, ſine ſua culpa, afficeretur. *II.* Quia morti jam tum proximus fuit, ejusque cruciatus ſemel perpeſſus, ut duriuſculum judici benigno videatur, eum denuò detrudere. Dn. Beier *de cadav. pun.* III. Quia res miraculo ſimilis eſt, qſ. Divino Judicio reus obſolvi videatur, quem eventus miraculoſus pœnæ ſubducit: IV. Quia hæc negativa ſententia humanior, à qua in ſententionando non eſſe recedendum, monet Carpz. *Pr. Cr. qu. 88. n. 40.* V. Quia jam finem pœnæ *h. e.* emendationem tàm Malefici quàm aliorum, & terrorem delictorum aſſecutus eſt Judex, nemo enim ſub tali ſpe evadendi, periculum aquæ ſubibit. *Opp.* Quod ſen-

tentiæ: Er soll vom Leben zum Tode gebracht werden; nondum sit satisfactum. *Resp.* ille rigor juris, ex æquitate circumstantiarum, per jus aggratiandi, commodè temperari, aut aliâ pœnâ arbitrariâ imponi potest *vid.* Dn. Beier *d. l.* ubi talem casum, de quo quæstio mihi est, proponit.

Qv. 2. An injuriarum teneatur qui virginem per jocum interrogat, an sit virgo?

Neg. I. Per *l. 5. C. de injur. l. 15. §. 23. eod.* Masc. *de prob. lib. 2. concl. 902. n. 15.* Quia, quicqvid joco fit, illud non fit seriò, quicquid non fit seriò, illud non fit dolo, cessante a. dolo tanquam causa impulsiva, cessat etiam actio injuriarum. Dn. Brunnem. *Exerc. Just. 25. Ludw. Exc. 15. th. 6. lit. C.* III. Accedit, quod hunce jocum sæpe excuset familiaris conversatio, & hactenus culta amicitia, ubi tunc obtinet, quod vulgò dicitur: Unter guten Freunden/ muß man nicht alles zu Bolzen tragen. *Opp.*

Quod

Quod qui hoc modo de alterius moribus interrogat, dubitet, quæ dubitatio injuriosa & legibus adversa, quia unusquisque tamdiu præsumitur bonus, donec contrarium sit probatum argt. *l. 51. pr. ff. pro soc. l. 18. §. 1 ff. de prob. Resp.* Neg. hic veram adesse dubitationem ac propositum injuriandi, ergo nec basis injuriæ Gail. *lib. 2. Obs. 99.* jocantis enim finis est delectare, non v. injuriam facere. *vid.* Bechm. *de jur. fac. c. 2. th. 8.* Aliàs, si quis extra jocum interrogaret, actio injuriarum omninò locum haberet, *nec obstaret* quod nemo debeat esse ignarus conditionis ejus cum quo conversatur, *l. 29. ff. de R. I.* & quod quærere sit licitum, juxta vulgatum illud: Eine Frage stehet ja frey; Siquidem hæc vera sunt in rebus licitis & honestis, non v. in illicitis & inhonestis Dn. Stryk. *de joco, p. 73.*

Q. 3. An in morbo incantato, maleficorum auxilium implorare liceat?

Neg. I. Per *c. admoneant 26. q. 7. c. qui sine Salvatore 26. q. 2. c. si per sortiari-*

33 q. 1. qvorum textuum ratio est: quia magis expedit pati in corpore quàm in anima, minor enim corporis jactura est quàm animæ. Consentit Imperator Leo *in Nov. 65.* qui pœnam ultimi supplicii in eum constituit, qui hujusmodi medicamentis usus est. *add.* Goed. *de Magia venef. & lam. lib. 1. c. 8. n. 7* D. Gerh. *Tom. 3. Loc. Theol de Leg. Dei n. 122.* II. Quia m. pugnat cum verbo Divino *Lev. 19. v. 31. & c. 20. v. 6. Deut. 18. v. 10.* ubi severissimè sagas, Magos, aut ejusmodi satellites Satanæ consulere, in quocunqve, ad quemcunqve finem bonum id fiat, prohibemur; Deus enim solus est qui sanat infirmitates nostras, *Ps. 103.* ille est qui morbos immittit & à morbis vicissim liberat, *Ps. 107.* Dn. Scrôt *de lam.* Opp. l. *l. 4. C. de malef. & Math.* ubi is, qui hujusmodi remedia Magica pro salute corporis adhibuit, non punitur. *Resp.* quod imperator tunc temporis, nondum fuerit imbutus fide Christiana, & correcta est hæc lex, per Leonem Imperatorem *in Nov. 65.* Deinde lex civilis forum

fori

fori tantum attendit, non a. forum poli, uti jus diuinum & Canonicum. Scröt. *d. l.* II. Experientiam testari, quod Deus per talia remedia ægrotis succurrat *Resp.* nihil inde solatii esse, sicut enim Sathanas aliquando Deo permittente morbos inferre, ita quoque eodem permittente, per superstitiosa remedia morbus potest abigere Tholos. *Synt. 7. lib. 34. c. 17. pr.* Dn. Stryk. *ad Brunn. J. E. p. 225.* III. Quod medicamenta adhibeantur ad consequendam sanitatem. *Resp.* Etiam media, ad finem bonum ducentia, sint bona, quod autem h. l. non est.

Q. 4. *An Judæus tq. Judæus possit fieri Doctor, si non Juris, tamen Medicinæ?*

Neg. I. Qvia generaliter huic hominum generi, administrationes & dignitates interdictæ sunt. *l. fin. C. de Jud. & Cælic.* Et jure Canonico disertè cautum, ut nullus eorum qvi in Sacro sunt ordine, aut laicus, aliquem Judæorum in infirmitatibus suis consulat, aut me-

dicinam ab eis percipiat, *c. nullus 13. c. 28. q. 1.* II. Quod plerique Judæi sint usurarii publici, adeoqve infames habeantur à Christianis *c. 2. §. fin. e. 3. qu. 7.* tales a. procul arcentur ab Augusto Doctorum honore, & in universum illis dignitatum portæ sunt clausæ. *l. 2. C. de dign.* Dn Müller *de grad. Doct.* Hinc m. responderunt JCti Helmstad. *Mens. feb. 1611.* Da gleich gedachter N. zu Padua Medicinæ Doctor worden sein sol/ das dennoch vorgemelter Promotus N. als ein Jude/derselben dignität und Würde unfähig. Dn. Bechm, *de priv. Stud. c. 8. Nec obstat* servos apud Romanos olim Medicos fuisse. *l. 10. §. 1. de ann. leg. l. 41. §. 6. de fidei. lib. l. 1 §. 5. C. de comm. serv. man. Nam* Empiricos & Chirurchos illos magis dixeris quàm Medicos, qui non tam arte quàm usu & experientiâ Medicandi facultatem sibi quæsiverunt argt. *§. 6. I. de L. Aq. l. 7. sub fin. l. 8. ff. eod. l. 4. ff. de fic.* Dn. Müller *d. l.*

Q. 10. An is, qui virgini invitæ osculum rapit, teneatur injuriarum §

Aff.

Aff. I. Per. *l.* 2. §. *in fin. ff. de inj.* ubi dr. injuriam committi, cum pudicitia alicujus attentatur; Quod facit is qui osculum virgini invitæ obtrudit. Hinc m. pro actione injuriarum, hoc nomine competente, pronunciatum esse Facult. Jurid. Jenens. test. Struv. *S. I. C Ex.* 48. *thes.* 58. & 1634. Scab. Lipf. Dn. Strauch. *ad J. Just. Disp.* 19. *aph.* 14. *vid* Dn. Stryck. *de J. S. d. sp.* 7. *c.* 5. *n.* 10. II. Si is, qui tacitus frequenter sequitur virginem, hac actione tenetur *l.* 15. *ff.* 22 *de inj.* cur melioris conditionis esset, qui libidinis gratiâ osculum virgini invitæ rapiat? aliter tu. est si virgo dixerit: Sie wolte den noch wol sehen / der Sie jemahls küssen solte. *vid.* Dn. Hopp. *de joco* aut si blanda oratione persuasa, osculum sibi infligi patiatur. Dn. Rheth. *de Virgin.* Non obstat, quod osculum nihil illiciti in se contineat, d. pacis & amicitiæ indicium sit, & hinc m. in exteris locis (v. g. apud Batavos, *vid.* Rittersh. *de osculo*) osculis salutare semet soleant familiares; Non n. mihi sermo de moribus, hujus vel illius

huius loci d. de nostris saltem moribus, ubi omninò aliquid illiciti in se continet,

Q. 6. An Medicis liceat revelare morbum ægroti, vel ea quæ de morbo ipsi concredita sunt?

Neg. I. Cum ægroti sit, causam morbi detegere Medico, si ab hoc commoda expectanda sint remedia Bald. *in c. super eo* X. *de cohab. Cler.* cum hac tn. conditione, ne propalet; De Medico n. concipit fiduciam, eum ex fide morbo prosligando, operam impensurum, hinc fideliter ipsi causam morbi, & quid in natura leges, quocunque vitiorum genere deliquerint, exponit, hac certa lactus spe, Medicum omnia silentii pepso involuturum, hinc ad id jure naturali qvemcunqve, ergo maximè Medicum obligari, docuerunt *Steph. à Sancto Paulo*, in *Theol. Moral. tr. 2. disp 6. dub. 2. n. 23.* Molin. *de J. & J. tr. 2 disp. 5. n. 4.* Carpz *J. Ecc. L. 3. D. 25.* II. Qvia Medico talia secreta coactè committuntur ab ægroto, qvo paratiorem ab eo consequatur

quatur medicinam, vulnus n. detegas necesse est si opem medicamentis exspectas. Bald. *d. l.* jam v. pessimum foret, si ille, cui coactè negotium revelare necessum habui, silentii fidem detrectaret. Neviz. *Sylv. nupt. l. 3. n. 47.* Dn. Stryk. *de cred. revel. p. 25. & 26.* III. Qvia contra juramentum Hippocratis est, cui insistere solent Medici, præsertim qvi gradu honorati, nisi qvis perjuros illos tali modo facere conetur. *add.* argt. *c. 11. X. de poenit. & remiss.* IV. Qvia Medicus ægroto damnum infert, dum ejus honor & fama bona læditur. vid. Dn. Fritsch *de peccat. Med.* Dn. Schulz. *de contr. Med. cum ægrot.* Opp. Quod ægrotus Medico expresse non prohibuit morbum non revelare, E. *Resp.* licet forsan id expressè non sit factum, tamen tacitè. Multa enim tacitè conveniuntur, qvæ tamen non exprimuntur, *l. 51. pr. ff. loc. cond.* Deinde jus naturæ vult ut secreta contegantur. Carpz. *d. l.* Molin. *d. l.* cum reqvirat, ne faciam alteri illud,

qvod mihi factum nolo *vid.* Dn. Stryk. *de Jur. suggest. p.* 12.

Q. 7. Num liceat Marito in favorem & salutem amici alicujus uxorem commodare, & sic adulterium concedere.

Neg. I. Quia actus adulterii non est in nostra potestate positus, adeoque nullo necessitatis casu comprehensus II. Per. *c.* 7. *v.* 2. 3. *Epist. ad Rom.* incertum n. relinquitur matrimonium, si in tanta reverentia fine aliquo terrore peccatur, propudiosa soboles nascitur, ubi unus quidem nominatur maritus, d. concubitores plurimi. Arnisæ *de J. con. c.* 6. *f.* 1. III. Quia nuptiæ non intelliguntur esse, nisi individuam vitæ consuetudinem contineant §. 1. *Inst. de pat. potest* quod a. h. l. non esset. IV. Quia maritus tali modo adulterium dissimularet, maritus a. id faciens, jure civili habetur pro adultero *l.* 2. § · 2. *l.* 8. *l.* 9. §. *fin. vid.* Hav. *lib* 3. *Gam. Synopt. tit.* 8. *pos.* 3. V. qvia omnis res venerea extra matrimonium legitimum,

mum, peccatum est. 1. Cor. 5. & 6. v. 9. Reichs-Abscheid de An. 1530. & 1548. Opp. I. uxor tali modo juri suo renunciat, habetque consensum mariti sui. *Resp.* conjuges, facultatem, de juribus suis acceptis, dispensandi non habent, nec Ordinationi Divinæ renunciare possunt. Arnisæ. *doct. polit. l. 1. c. 3.* II. Quod multi sint qui concedant in viri salutem, viro consentiente, adulterare. *Resp.* quod multi et jam sint qui hoc rectè negant. *vid* B. Dn. Danhavv. *colleg. Decal. disp. 16. p. 3. Q. 12.*

Q. 8. *An aliquis ut testis cogi possit, ut manifestet visa & audita?*

Aff. I. Quia ferre testimonium, munus publicum est, ad quod invitus etiam quis cogitur *l. 22. ff. de test. l. 19. c. eod.* Wes. *de test n. 21.* Zoes. *ib.* Gail, 1. *O. 100. n. 2.* quod m. in criminalibus procedit. Brunn. *in Wes. par. de test. q. 4.* II. Quia Reip. interest veritatem non occultari Carpz. *p. 1. c. 16. D. 47.* ne delicta maneant impunita *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aq.* III. Quia,

Qvia, qvi à testificando se subtrahit, peccatum mortale committit, *can. qvia qvis. 8. caus.* 11. *q. 3. cap. falsidicus* 1. *X. de crim. falsi.* Gail. *d. l.* Nec liberat testem si juraverit se non revelaturum, Er habe es verschworen das er kein Zeuchnis abstaten wolte. *c. 18. & 45. X. de test.* Mynl. 2. *O.* 78. tale n. juramentum non valet, *cap. pervenit.* 4. *X. de test. cog.* Gothof. de Jen. *de L. Com. thes.* 24. nam quilibet est obstrictus ad veritatem dicendam sine ulla determinatione. Dn. Richter *ad tit.* X *de test. & atte st. c. 29. n. 25.*

Q. 9. An illi qui arti, aurum faciendi similibus q. occultis artibus nimium sunt addicti, de Magia se suspectos faciant?

Neg. Etsi n. hæ artes sint occultæ, non tn. statim exinde seqvitur qvod sint illicitæ, uti locupletissimi testes sunt Physicarum rerum Scriptores. *Opp.* I. qvod M. Elling. in libro suo qvem inscribit von den Hexen Coppel *c.* 10. dicat; Die Sechste Rotte in der Hexen Coppel sindet welche

welche mit unterschiedenen metallis, mineralibus und steinen/ mit argento vivo, sulphure &c. ümbgehen/ und Magische Wercke verüben. *Resp.* quod Autor non tàm usum qvâm abusum harum rerum improbet, ut uti patet ex verbis subjectis: Magische Wercke *II. c. Epist. 26. q. 5. Resp.* II. Præterqvam qvod suppositititium illud capitulum dicatur, ibi non prohibetur transmutatio, qvæ fit mediis legitimis, sed ope dæmonum. III. *c. spondent. in Extr. comm. lib. 5. de crim. fals. Resp.* Procedit Canon ex hypothesi, (omne aurum alchimisticum esse falsum) & ideo damnantur tantum qui falsum cudunt, idqve ob lucrum, nempe ut utantur eo in contractibus & solutionibus; Non ergo damnatur Artifex qui verum aurum producit, d. artis abusus *vid.* Dn. Conring. *de Medic. Herm. c. 8. p. 76. Del. lib.* 1. *Disq. Mag. c. 5. q. 4. f. 4.* Dn. Brand. *de leg. malef. & sag. invest.*

Q. 10. *An uxori concedendum imperium Maritale?*

Neg

Neg. I. Est n. contra jus divinum, quod in signum maledictionis, uxorem imperio mariti subjecit *Gen. 13. v. 16.* quem locum tn. satis rigidè expressit interpres Germanus, in edit. anno 1493. quæ Berolini in illust. Biblioth. Ser. Elect. Brand. asservatur, his formalibus: Dat ist/ he schal aver die herschapen/ the vaken the pinigen unde the schlagen. *vid.* 1. *Cor.* 14. *v.* 34. 1. *Tim.* 2. *v.* 11. *seq.* 1. *Pet.* 3. *v.* 1. II. Est contra jus naturale, quò dignius semper imperat, maritus a. tq. caput, omnibus ex familia, meritò præest. Arist. 1. *Pol. c.* 4. uxor v pars familiæ, maritalis Grot. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 5. III. Est contra jus gentium, quò, usurpatam fuisse potestatem maritalem, demonst at Bodin. *de Rep. l.* 1. *c.* 3. *vid.* Gudel. *de J. N.* IV. Est contra jus civile, uxores n. maritos suos appellant Dominos *l.* 58. *pr. ff. de don. i. v. & ux. l.* 88 *l.* 2. *de leg.* 2. *l.* 15. *C. qui pot. in pig.* Est contra jus Canonicum, quò Maritus caput uxoris constituitur. *c.* 15. *caus.* 33. *q.* 5. Et mulier deserta, dicitur esse subjecta dominio viri, nullamque habere

habere authoritatem *can.*17.VI.Est contra conscientiam, Ein solcher Frawen-Knecht/ (inquit D. Menger. *in scrutin. consc. c.* 1. *qu.*62.) Weiber Mämme/ und Doct. Sicman / ist in seinen Gewissen für Gott strafbar/ und keines weges zu entschuldigen. *Opp.* I. quod dicatur Domina *in l.*19 *ff.de ann. leg l.*38. §. 4. *l* 41. *pr. ff. de leg* 3. *Resp.* dominium illud (ut taceam talia verba ex civilitate prolata) ei nullum jus tribuere ultra colum, pensum & fusum, notat Gail. *O* 144 II Exemplum de uxore Pilati *Matth* 17.v.19. *Resp.* Hoc exemplum est singulare. Et quamvis Judex judicium mulieris in judicando non debeat attendere, rectius tn. feciſſet Pilatus, si uxoris suæ, de Christo Judicium, considerasset ut monitum aliquod. Carpz. *in diss. de Pat. fam.* III. Quod mulieres ex materia digniori, sc costa viri, vir v.tm.ex limo terræ. Insuper Adam factus extra Paradisum Eva. v. in Paradiso. *Resp.* quod costa illa, ex limo orta, originem suam in Eva quoque retinuerit, nec loci circumstantia

tia rebus ipsis aliquid, aut parum gloriæ addat. *vid.* Chass. *cat. gl. m. p. 2. c. 8.* IV Exempla personarum Illustrium. *vid.* Auth. Europoeischen Herolds. *Resp.* quod à Personis Illustribus ad alias, non valida duci possit conseq. cum Principibus, propter Salutem Publicam haut rarò aliquid soleat indulgeri. Conf. Puffend. *Elem. J. U lib. 2. O. 5. §. 9.* V. Exempla hodierna vulgaria *Resp.* Hoc malè. Hinc prudenter B. Schuppius im Regentenspigel *C. II. p.* 133. optat: Das in manchen Lande des Ahasveri königliches Ausschreiben renoviret würde / der Geböte / das ein jeglicher Manne der Ober-Herr in seinen Hause wehre.

Q. II. *Num Advocato in causa bona contra adversarium suum, injustè litigantem, fraude ac dolo malo uti liceat?*

Neg. I. Quia justitia, mendacii & cavillationibus defendi non amat, d. argumentis veris & legitimis se ipsam defen-

defendit Zoeſ. *ad ff. h. n.* 13. II. Quia fallatiæ, per ſe ſunt illicitæ, ergo nunquam adhibendæ; Hinc in *l.* 14. §. 1. *C. de Jud.* traditur, quod Advocatus bonam cauſam, malis artibus non debeat tueri. Dn. Bechman *de Scab. & Scab. ſ.* 4. *th.* 2. III. Quia ſi id concederetur in cauſis bonis, tunc quivis Advocatus prætextu bonæ cauſæ adverſarium cavillationibus, ſuperare ſtuderet, maximô cum detrimento Reip. Dn. Scröt. *faſc. caſ. jurid. caſ.* 3. IV. Quia juramentum Advocati id non admittit, jurat n. ſecundum *l.* 14. §. *Patroni C. de judic.* ſe nihil, niſi verum & juſtum in medium adducturum, clientique ſuggeſturum *vid.* Dn. Strick. *de conſc. Adv.* Carpz. *P. 1. C.* 1. *th.* 8. *n.* 6. Opp. I. Quod Advocati cliens juſtam nabeat cauſam E. *Reſp.* Non ſufficit cauſam juſtam habere, niſi & eadem juſtè agatur Dn. Scröt. *d. l.* II. Bonum tn. eſt, ut ita malitia adverſarii, injuſtè litigantis, qſ. coerceatur, & ipſe tq. juſtitiæ inimicus, ſuccumbat. *Reſp.* non ſunt facienda ma-

la

la, ut inde eveniant bona *Rom. 3. v. 8.* Deinde non est licitum dolum contra dolum uti. Dn. Struv. *in Evol. ad l. S. J. C. Exc. 7. th. 8 Reger.* quod tn. vim vi repellere liceat, ergo & dolô *l. 10. §. 2. de compens. Resp.* hoc intelligendum de necessaria corporis defensione, non a. causæ. III. Milites uti possunt stratagematibus, cur ergo m. non Advocatus, qui est miles juxta *l. 14. C. de Advoc div. jud Resp* quod argumentum à milite sagato ad togatum sit saltem probabile, non v. apodicticum, & procedit ubi eadem, non a. ubi planè dissimilis est ratio uti *b. l.*

Q. 12. An literati possint strepitu quodam artem exercentes v. g. fabros & sectores, si juxta literatorum domos emant vel conducant ædes, judicis officio repellere?

Aff. I. Ob favorem studiorum & utilitatem Reip. *argt. l. un. C. de Stud. lib. U. R.* neque n. aures solum, d. & mentes qs. verberant, ut loquuntur Dd. allegati

gati à Finck. *O. 64. n* 8 II. Quia ædificia dirui & prosterni possunt ratione publicæ utilitatis *per l.* 14 *C. de publ. oper.* Eqvia in istis ædificiis major versatur utilitas quàm in his. Finck. *d. l.* III, Qvia ad officium Judicis pertinere credunt Dd. removere omne illud, quicquid juxta Auditoria atqve Scholas peragitur, per quod vel lectura impeditur, vel m. Docentium atq; audientium animi turbantur argt *l.* 13. *§.* 1. *de Offic. Præs.* Opp. I. qvod nemo de domo sua invitus possit expelli, cum cuilibet tutissimum refugium & receptaculum esse debeat *l.* 103. *de R. I. l.* 16. *de in jus voc. Resp.* Patitur hoc exceptionem in hac materia. Accedit quod faber ubivis, & in urbe & extra urbem opificium exercere possit, quapropter aliorum digniorum operas removeri neqvit II. Qvod emere, vendere, locare, sint contractus juris gentium *l.* 1. *§.* 2. *de contr. empt. vend. & l.* 5. *de J. & J.* & qvilibet in suo facere possit quid velit. *l.* 21. *C. mand. Resp.* qvod ita qvis ædes emere

emere, conducere, aut in suo versari debeat, ne Literatos meditantes, legentes &c impediat aut illis obstrepat *vid.* Dn. Link. *in diss. de jur. Liter. contra vicin. strepif.*

Q. 12. An furtum committat qvi uvas & fructus alios ex agris & hortis clàm auffert?

Aff. I. Qvia expressè *in* §. 3. *Inst. de oblig. qvæ ex del. nasc.* dicitur: Qvi in vineto uvarum furtum fecit, qvamdiu in eo vineto deprehensus fuerit, fur manifestus est. II. Qvia furtum non ex rei qvantitate, d. furripiendi animo æstimatur, factiqve atrocitate justitiaque ex suis regulis Vinn. *ad Inst. §. 16. de R. D.* Opp. I. *Deut.* 23. *v.* 24. ubi Deus permittit cuique vicini intrare vineam, facultatemque concedit uvas pro lubitu decerpendi & comedendi, modo in vestibus vel fasis nil secum ferat. *Resp.* Ea lex fuit forensis, & cum Republ judaica penitus abrogata *II. Text* 2. *F.* 27. *§. ult. circ. fin.* ubi viatori circa viam

viam stanti permittitur illos fructus, quos in via stans apprehendere pt. suo equo, pabuli nomine, præbere, ergo multò magis homini concedendum fructus carpere *Resp.* Hic textus loquitur de casu, si equus alicujus plane deficiat, sic n. tantum frumenti, quantum prope viam stans capere & equo porrigere pt. ne equus planè deficiat, quod tn. de homine dici non pt. nisi siti adeo affligatur, ut spiritum vix ducere possit.

Q. 14. An donator teneatur de evictione rei donatæ?

Neg. *I.* Qvia jus evincendi ex lucrosis non prodit, & mens contrahentium in his negotiis longe alia sit quàm in onerosis. II. Qvia in dubio donator videtur tantum donare jus quod habet in re argt. *l. si domus 71. §. fin. l. 45. §. hæres in fin. de leg. 1.* dantur tn. casus excepti, qvos videre licet apud Dd. Opp. I. *l. 1. C. de jur. dot. Resp.* qvod, cum textus ille loqvatur de dote, qvæ continet in se caulam onerosam

rosam *l. pro oneribus ff. de jur. dot.* non pt. inferri ad donationem, quæ continet tantum causam lucrativam §. *si res Inst. de leg.* II. Qvod donator obligatur ad dandum, ergo cogitur rem facere accipientis *l.* 75. §. *fin. de V. O. Resp.* Donatorem teneri ad dandum, qvatenus dare pt. dare a. pt, res proprias & non alienas, nisi sciens dolo malo rem alienam donaverit tunc n. de dolo conveniri pt. *l. Aristo* §. *fin. ff. de don.* Arum *Disp. 6. thes.* 17. III. Qvod donatio ad similitudinem Emptionis & venditionis sit redacta § *aliâ Inst. de donat.* Sicut ergo in emptione, sic m. in donatione evictio præstanda. *Resp.* Neg. Cons. licet n. in uno vel altero casu donatio & venditio sunt æqviparata, tn. non seqvitur E. & in aliis, maximè, quia est diversa ratio. Berens *ad Inst. disp 5. thes. 8.*

Q. 16. An publicæ meretrices justè possint mercedem sui actus exigere?

Neg. I. Per generale illud principium: qvod stipulationes turpes nullius sint momenti, nec ulla earum sit obligatio

tio §. 23. *Inst. de V. O. l. 26. ff. ead. l. 7. §. 3. 7. & 16. ff. de pact.* Hæc enim est illa Juris authoritas qua demonstratur ex stipulatione contra bonos mores interposita, denegandas esse actiones, ut loquuntur Imperatores *in l. 5. C. de cond. ob turp. caus.* jung. *l. 61. ff. de V. O. l. 5. §. 1. ff. de pact. dot.* II. Quia actui meretricio pœna debetur vi justitiæ distributivæ E. non merces. III. Si meretrici actio competeret, ad mercedem sibi promissam exigendam, frustra dubitatio quædam ab Ulpiano *in l. 4. §. 3. C. de cond. ob turp. caus.* mota fuisset, an datum repeti posset, si non datum sed promissum tantum, peti posset. *vid* Hillig. *Donell. enucl* Bachov. *disp. 4. de act.* III. Quia in pari causa potior est is qui vi possidet *per l. 3. & 4. ff. de cond. ob turp. caus.* Ast fornicator nondum solvit mercedem, E. est potior & per consequens meretrix mercedem promissam exigere non potest. Opp. I. Exemplum Judæ, qui promissam mercedem meretrici exsolvit,

non

non alia ratione, quàm quod teneretur, promissam mercedem meretrici solvere. *Gen.*38. *Resp.* Judam putasse se teneri, imò & congressum ipsum cum publico prostibulo ad viã sedente, & meretriciis vestibus iuduto, putavit esse licitum, contractumq; non esse turpem, secutus hac in re opinionem gentium. *Vid.* Dn. Brunnem. *ad l.* 4 *ff de cond. ob turp. caus.* ubi cæteris argumentis & dubiis, quibus Covarr. & alii moventur, abunde satisfecit. II. Quod meretrix quæstum suum non turpiter accipere dicatur & mercedem petere liceat. *Resp.* quod hæc illatio non admittatur, siquidem multa honestè accipiuntur qvæ tamen honestè non petuntur *l.* 1. §. 5. *ff. de extraord. cogn.* & distinctæ sunt quæstiones: An fornicator quis licitè dare possit, quod conceditur, & an idem ex lege justitiæ commutativæ quid dare teneatur, quod meritò negatur.

Fasc. V

FASCICULI V.

Q. 1. *An filia naturalis vel spuria, legitimè nato copulata, fiat legitima?*

Neg. Quia nullibi in jure nostro, inter modos legitimandi tale matrimonium refertur. Dn. Schröt. *de legit. s. 4. q. 1.* Et licet spurii infamiâ non laborent, cùm ex illegitima conjunctione nasci, non filii, sed patris sit culpa, non tamen omni carent maculâ, unde nec jure divino & Canonico ad ordines Sacros, *Deut. 23. n. 2.* nec ad dignitatem Doctoralem *l. 2. C. de dign.* neq; in Camera Imperiali, juxta Ordin. ej. *P. 1. t. 18.* ad Advocaturam aut Procuraturam, admittuntur. Opp. I. Quod uxor per maritum sanctificari dicatur *1. Cor. 7. v. 17. Resp.* Est ibi sermo de incredula, non vero de illegitima, & posito quod de illegitima loqvatur, verbum tamen *Sanctificare*, qvod ibi habetur, non idem est ac legitimare. Dn. Von Dahlen *de legit.* II. quod matrimonium sit omnium jurium communicatio, argt. *l. 1. ff. de rit nupt.* sicqve mulieres maritorum nobilitatem conse-

qvantur. *Resp.* intelligendum hoc esse de juribus quæ communicari possunt, qualis a. non est nativitas legitima; Alia m. est ratio nobilitatis & dignitatis, alia legitimationis, *illam* uxor à marito consequitur, non v. *hanc l.* 13. *C. de dign.* III. Si mulier manet illegitima, seqvitur qvod & liberi, ex illa procreati, sint illegitimi, qualis enim causa, talis effectus. *Resp.* Neg. Cons. Ex spuriis n. nati, omni maculâ carent, & valet regula Philosophica de causa[l] univoca. *vid.* B. Stahl. *p. 1. disp. 4. reg. 7* § 3. IV. Per matrimonium, omne antecedens vitium purgatur. *c. tanta 6. X. qui fil. s. leg. Resp.* loqvitur *cap.* non de personis matrimonium contrahentibus, d. de iis, quiex personis, contrahentibus antea sunt geniti. Scröt. *d. l.*

Q. 2. An per scortationem contrahatur affinitas?

Aff. I. Qvoad Jus civile. Nam si ex coitu, m. illegitimo, nascatur cognatio Bach. *ad Wes. n. 6. per l. 14. §. 1. & 54. ff. ht.* cur non affinitas, uti rectè concludit

Vinn.

Vinn. *ad §. 9. Inst. de nupt.* allegans *l. 4. C. de nupt. vid.* Carpz. *P. 4. C. 23. D. 10.*

II. Quoad jus Canonicum. Nam cum maritus & uxor una sint caro, *c. porro 35. q. 5. c. 2 de consang.* & similiter, qui commiscetur meretrici, unum cum illa corpus efficiatur *c. in eo 32. q. 4.* fit ut utroque casu hæc unitas, & per cons. affinitas, tàm ex illicito quàm licito concubitu contingat, oriaturque impedimentum, non tm. impediens d. & dirimens, ipsum matrimonium subsecutam *c. fraternitati. de eo qui cogn. cons. c. ex literis de de cons. affin.* Opp. quod affinitas contrahatur per nuptias *l. 4. §. 8. ff. de grad.* nuptiæ a. sunt legitima viri & mulieris conjunctio *§. 1. J. de patr. potest. Resp.* Hæc respiciunt ad plenam & perfectam affinitatem, ego a. loquor de affinitate secundum quid: Bechman *ad t. ff. de ritu nupt.*

Q. 3. An minister Summi Principis, jussu ipsius eadem perpetrans, postea à successore possit puniri?

Aff. I. Quia deest ratio impunitatis in ministro quæ fuit in Principe. II. Quia, uti in se iniquum, alterum insontem occidere, ita m. nullo prætextu nullâque Principis jussione, defendi id pt. *vid.* Dn. Roth. *de occis. imp. c.* 3. §. 7. Opp. I. Quod voluntas in tali ministro deesse videatur *per l.* 4. *de R.I.* sine qua homicidium non committitur *l.* 14. *ad L. Corn. de sicar. Resp. d. l.* 4. agitur de tali casu ubi quis parere necesse habet, nec ad delicta & actus illicitos est trahenda, Goth. *ad d. l.* 4. II. Quod non sit jussus nudi domini, d. Magistratus, & quidem Superioris, cui subditus, multò magis Minister parendum necessum habet *l.* 7. *C. de Advoc. div. jud. Resp.* Verum hoc esse in licitis, non v. in illicitis. Deinde Deo magis obediendum quàm hominibus. *Act.* 4. *v.* 19. Dn. Rhoth. *d. l.*

Q. 4. *An maritus, ex causa non acceptæ dotis promissæ, uxorem expellere, aut eidem alimenta denegare possit?*

Neg. I

Neg. I. Quia non dos, d. consensus matrimonium facit *l. 30. ff. de R. I. l. fin. C. de repud.* & nuptiæ sine dote esse possunt, *Nov. 74. c. 4.* II. Quia uxor dimitti non pt. nisi in causa adulteri. *Matth. 5.* & nusquam, hanc divortii causam, reperimus. Wesenb. *de dote n. 7. ibique Hahn.* III. Quia maritus tali casu, si promissis non satisfiat, contra promittentem actionibus legitimis experiri pt. ut ita in propria causa, judicem esse, iniquum videatur *l. un. C. ne quis in caus. pr.* Wel. *de dote n. 7.* Opp. I. *l. ult. C. ad SC. Vellej. & c. si per vestras X. de donat. rat. v. & ux. Resp.* quod ibi Pontifex non statuat uxorem ob dotem non solutam expelli posse, d. periculum esse, ne vir illam de facto expellat, quæ m. mens videtur ipsius Imperatoris in *d. l. ult. C. de SC. Vell.* quam legem B. Brunn. in comm. ita explicat, quod verba hæc. *forsitan repelli*, de facto, non v. de jure esse intelligenda. Covar. *in Epit. de sponsi. P. 2. c. 7. n. 2.* II. Quod dotes constituantur propter onera matrimonii *l. dotis ff. de jur. dot.*

non ergo maritus malitiosè debet defraudarï. *Resp.* quod maritus dote non fraudatur, dum habet alia juris remedia, per quæ ab uxore vel illius parte, solutionem dotis potest extorquere.

Q. 5. An virgini vi stupratæ, sed non impregnatæ, ornamenta virginum in capite gestare, permittendum?

Aff I. Quia adhuc dubitatur an verè sit stuprata, denn eine einzige Mannes Person (inquit D. Amm. *Med. Crit. disc. ult.*) kan ein Weibes-Bild ohn ihren Willen nicht leicht nohtzüchtigen/ es wehre denn ein zahrt Kind oder Mägdlein / oder das er dieselbe voll getruncken. II. Quia pudicitia virtus est in animo, non verò in corpore resistens *c. itane c. de pudicitia 32. q. 5.* nullam ergo incurrit pœnam *l. 13. §. 7. ff. ad L. Jul. de ad.* imò nec leviſſimâ infamiæ maculâ notatur, d, in. violatæ existimationis permanet *l. 20. C. ad L. Jul. de adult.* Hanc sent. fovent. Pfeil. C. 2. *conf.* 147. Berl. *P. 5. concl.* 41 *n.* 66.

Steph.

Steph. *ad art.* 119. *O. C. Car. V.* Frider. *in diss. contr.* 2. Opp. I. quod sertum sit signum virginitatis Carpz. *Pr. Cr. q.* 65. *n.* 79. jam deficiente signato, ipsum signum deficiat, necessum est. *Resp.* concedendo; nihilominus tn. ne afflictæ ulterius addatur afflictio, adhuc illam pro possessore incorruptæ virginitatis habendam esse, æquitati magis consentaneum videtur. Hinc cum ad Sereniss. Sax. Elect. Supr. Consist. talis causa aliquando decidenda pervenit, dissimulandum esse rescripsit in verbis: Das in solchen Fällen behuetsam zu gehen / alles scrupuliren und nachgrübeln einzustellen. Et paulo post: Der Feinde verübte unthaten / mit dem Mantel der Christlichen Liebe / ümb der beleidigten Persohn willen / zuzudecken. *vid.* Carpz. *J. C. lib.* 2. *def.* 237. Deinde hæc, ex quibus aliàs cognoscitur virginitas, alio casu naturali rumpunt, nec tn. ornamenta virginum interdicuntur *Reg.* quod tn. honestis fæminis ob ruptum virginitatis corporalis signum, non competat jus gestandi or-

namenta virginum. *Resp.* est diversitatis ratio, consentientes n. amittunt virginitatem, & sic conditioni virginum per matrimonium initum, ipsô facô renuntiant, quod de vi stuprata dici nequit. II. Quod leo Papa *in can.* 14. *c.* 32. *q.* 5 talem vitiatam inter virgines incontaminatas non referat. *Resp.* Concedo quidem illam non esse incontaminatam in foro Physicorũ, benè tn. in foro Jctorũ. Dn. Frid. *d. l.* 2. 6. *An Christiano fas sit, valetudinis causa Judæo Medicô uti?*

Neg. I. Cum Judæi sint nostræ hostes, blasphematores nomini Christiani *c. 1. de Judæ.* inimici nostri, & crucis Christi *c. 23. de testib.* II. Qvia Chrianus curæ judæi se committens, vitæ renunciare dicitur *l. 6. C. de pr. ag. in reb.* III Quia m.ut plurimum literarum sunt ignari, & tantum usu practicô instructi. *vid.* tn. Dunt. *Decis. cas. cons. c. 16. sect 2 q. 31.* Opp. ex Tiraquell. de nobil. *c. 31. n. 21.* Judæum mortuos ad vitam revocasse; *Verum*, negatur hoc, nec Sacris literis est conforme. *Reger. Tiraq. d. l. n. 34.* plura exempla mortuorum, à Medicis *susci*tato-

citatorum, recensere. *Resp. n. 433.* hæc iterum destruit.

Q. 7. An is, qui rem habuit cum nupta, quam tn. innuptam putabat, excusabitur à pœna adulterii ordinaria?

Aff. I. Ut n. fiat adulterium, requiritur ut adsit uxor Carpz. *Pr. Cr. q. 61. n. 41. seq.* quæ a. regulariter non præsumitur, d. probari debet *c. præsumitur 47. de R. I. in 6.* Hujusmodi exemplum refert Dn. Stryck, de *J. S. diff. 10. c. 6.* ex Harsdorph. de molitore, qui cum fœmina quapiam, de adulterio in certo quodam loco consummando pactus, fœminâ v. uxori negotium exponente, ipsa uxor mutatis vestibus ad destinatum locum se contulit, ac marito ignoranti, semet supposuit. II. Quia dolus hic cessat, sine dolo a. adulterium non committitur. *l. 63. ff. ad L. Jul. de adult.* cessante ergo dolo, cessabit m. adulterii pœna III. Quia eventus non responderit intentioni, & ipsô factô adulterium non com-

missum, licet ob attentatum adulterium, extraordinariâ aliquâ pœna sit afficiendus. *Conf.* Dn. Brunn. *ad l.* 8. *ff. de his qui not. inf.* Opp. quod hoc modo adulteri, ignorantiam possent prætendere. *Resp.* Necesse est, ut ignorantiam prætendens, juratô eam obtineat. Carpz. *Pr. Cr. q.* 61. *n.* 42. consistit enim in animo & sic juramento probari debet. *c.* 6. X. *qui matr. accus. poss. c.* 1. 2. *X. excep.* II. Quod à pœna ordinariâ homicidii non exculet, si quis alium quàm voluerit, occiderit, argt. *l.* 18. §. 1. *ff. de inj.* ergo idem de adulterio dicendum. *Resp.* adest ratio diversa, in priori casu simpliciter est animus occidendi aut lædendi, in posteriori v. non adulterandi, d. stuprandi tantum Carpz. *d. l.* Dn. Struv. *Diss. crim. s. th.* 16. III. Quod coram Deo tn. sit adulterium. *Resp.* in foro, interiori id concedo, aliter n. cælestis, aliter hujus seculi Judex crimina exigit, *Ille* m. eos adulteros pronunciat qui aspiciunt mulierem animô libidinoso, *Hic* cogitationis pœnâ nemini tribuit *l.* 18. *ff. de pœn.*

Q 8.

Q. 8. An meretrix in lupanari existens, invita cogi possit, cuicunq; justam mercedem solventi, copiam sui facere?

Neg. I. Qvia nemo ulla ratione ad peccandum adigi pt. siqvidem id juri Divino & naturali adversatur. II. Qvia meretrix, qvamvis licitè, & citra malum pœnæ, viros admittere possit, laudanda tn. est, si id pœnitentiâ ducta, non fecerit. *Petr. Caball. cent. 2. resol. crim. cas. 29.* Menoch. *A. J. Q. cas. 535. n. 29.* Opp. I. quod lupanaria sint permissa. *Resp.* Neg. Et licet Pontifex permittat, eò tn. non est procedendum, ut quæquam ad malè turpiterqve agendum, cogatur. Bonacoss. *de fam. & serv. qu 64. n. 2.* Ea n. qvæ pietatem, honestatem & verecundiam lædunt, nec facere nos posse, credendum *l. 15. ff. de cond. inst.* Dn. D. Klein. *de gem p. 34.* II. Qvod caupones ad recipiendos viatores cogi possint, E. *Resp.* quod ex cauponaria confessione ad meretricam, non liceat argumentari, dum

caupo rem licitam facit, meretrix vero non nisi permissam, & qvidem ita permissam, ut rectius prohiberetur. III. Quod tamen palàm se meretricem profiteatur, ac eum in finem lupanar fuerit in gressa, ut se omnibus prostitueret. *Resp.* Licet pacto se ad prostituendum obligasset, turpium tamen nulla est obligatio *l. 26. ff de V. O.* etiamsi jurata sit. *c. noneſt. 58. de R. I. in 6. c. 18. c. 21. X. de jurej.*

Q. 9. An Magistratus Supremus, si reo in causis criminalibus veniam promiserit, & hoc modo confessionem extorserit, promissis stare teneatur, & pœnam ordinariam ei remittere?

Aff. I. Qvia fidem tallere, & promissa non adimplere, grave est, *l. 1. pr. l. 25. ff. de const. pecun.* quod eò gravius Judici, quò magis cœteris dignitate pollet argt. *l. 8. C. de Epiſc. & Cler.* II. Per text. *in c. 3. X. de his quodm. c.* ubi fides & juramentum æqviparantur, uti a juramentum

tum servari debet, si in salutis æternæ dispendium non vergat, ita & fides servanda est. Menoch *de A. J. Q. l. 2. c. 367.* Carpz. *Pr. Cr. Q. 113. n. 51. & in J. F. P. 4. C. 3. D. 11. n. 7.* imprimis si fides, uti h. l. servari pt. Grot. *de J. B. X. P. l. 2.* Oldek. *obs. crim. tit. 4. O. 18. n. 6.* III. Quia reus ex sua confessione ad mortis supplicium condemnari minime debeat, nisi ea fuerit spontanea, *art. 22. & 60. Ord. V.* jam a. hîc maximè metuendum, ne rei confessio, non tàm conscientia facinoris, quàm fiducia promissionis facta sit, Duar. *ad l. 5. ff de pact.* & sic non spontaneam, d. coactam esse, cui Judicis dolus causam dedit. Carpz. *Pr. Cr. Q. 49. n. 13. 14.* Opp. I. Judicem non posse leviorem pœnam promittere. *Resp.* Pro lubitu id quidem facere non pt. & ideo à tali promissione sibi probè cavere debet, interim tn. promissa servanda. Farin. *Pr. Cr. P. 3. Q. 81.* Carpz. *d. l. II. c. utilem 22. q. 2.* ex quo adversarii volunt elicere, quod simulatio propter utilitatem publicam, quandoque utilis, permissa, & in

tempore aſſumenda, exemplô Salomonis de quo *in c. aſſerte* 2. X. *de præſ. Reſſp.* quod aliud ſit *ſimulare & fingere*, quod Salomon fecit, aliud v. *mentiri*, ac reum fraude & mendaciô illaqueare, quod cuilibet viro bono, præſertim v. Judici, ſummopere vitandum, Schach. *de Judic. c. 86. n.* 35.

Q. 10. Num Judæus factus Chriſtianus, de furto aliisque delictis ante Baptiſmum commiſſis, à Magiſtratu puniri debeat?

Aff. I. Quia baptismus tollit peccatum ejusq; pœnam quoad Deum, non quoad Remp. Panorm. *adc. de his 6. X. de accuſ.* Licet itaq; Judæus converſus ab omnibus præteritis peccatis abſolutus habeatur Barbos. *ad c. gaudem. X. de div. n.* 23. accuſari nihilominus pt. in foro externo, & puniri pari modo ut Chriſtianus. II. Qvia Judæi magis ad evitandam Pœnam in foro civili, quam amore religionis, hôc admiſſo, ad gremium Eccleſiæ acceſſuri eſſent. *vid.* Bodin. *de Damon.*

Opp.

Opp. quod ignoſcendum ſit ei, qvi ſangvinem ſuum redemptum vult *l. 1. ff. de bon. eor. q. more.* ergo multò magis baptiſmum redimere, qvi modus licitus & approbatus. Zilet. *Tom. 2. conſ. 31. 32. & ſeq.* Reſp. Hoc civiliter de eo caſu intelligendum, ubi id neqve qualitate delicti, neq; juri aperto officit Dn. Zigl. *de jur. Judæor.* Poſſe tn. Principem ex juſta cauſa aggratiare Judæum converſum, non dubitatur, ſi tale ſit, quod à Principe quoad pœnam, remitti pt. *vid.* Diter. *de ſtat. Judæor. c. 8.*

Q. II. An Judæus teneatur dotare filiam converſam?

Aff. I Cùm aliàs iniquum foret liberos, propter Divini amoris electionē, paternâ vel maternâ proviſione defraudari *l. 13. pr l. 19. §. 1. C. de hæret.* II. Quia filia per converſionem ad religionem Chriſtianam, non amittit jura, liberis competentia, in quam rem elegans eſt Gloſſ. *c. Judæorum 28. q. 1. dicens:* quod Judæi per baptiſmum exeant quidem è patria

patria poteſtate, non tn. ſimul perdant ſucceſſionem & jura, in familia patris, & ſic per conſequens nec dotem, quippe quæ magnam habet affinitatem cum naturaliter debita portione *l. 29. C. de inoff. teſt.* III. Per *c. Judæi. 5. X de Judæis* quod converſi nullatenus à poſſeſſionibus ſuis excludi poſſint, quin melioris jam ſint conditionis, quàm antea fuerint, unde m. aliàs converſus, non pt. exhæredari argt. *l. 56. C. de Epiſc. & Cler.* proque hac parte militat optima ratio, quod excludere aliquem ab hoc beneficio, ſit pœna *l. 41. C. de tranſact.* nemini a. debet imponi pœna privationis, niſi id jure ſit expreſſum *l. 14. §. 6 de relig. & ſumpt. fun. Non. obſtat* quod Pater Judæus converſus, non teneatur ſi filia permaneat Judæa. Gloſſ. *ad l. 9. ff. de in rem verſ. & l. 9. C. de hæret.* Nam in odium Heterodoxorum ſpecialiter ſancitum eſt, ut filiæ Hæreticæ, ab hoc beneficio excludantur, & parentes eorum Orthodoxi, ne quidem volentes, ad præſtationem ejus admittantur, *l. 19. pr. C. de Hæret. & Nov.*

Nov. 115. *c.* 3. §. 14. *vid.* Bach. ad Treutl. *V.* 2. *d.* 7. *th.* 2.

Q. 12. *An in caſu propricidii ad carnificem ſpectent omnia quæ in loco necis perpetratæ gladio attingere poteſt.* So weit er mit dem Schwerd kan abreichen?

Neg. I. Quia in jure noſtro ne verbulum quidem de hoc exſtat, nec ulla juris ratione nitatur, hinc, quod litera non cantat, nec nos cantare debemus. II. Quia, ſi bonorum jacturâ αὐτόχειρ afficiendus, non carniſici, ſed Magiſtratui illa adjudicanda, quemadmodum m. carnifex certam à Magiſtratu mercedem, non à cognatis aut ædium dominis, pro abſciſſione & extractione propricidæ, petere pt. Dn. Beier vom Hencker-Gelde/*c.* 3. §. 13. *p.* 39. ubi præjudicium. III. Quia præjudicium infert, ubi illis, qui infami morte propricidæ jam tum ſatis ſunt afflicti, vel m. extraneo, ad quem fortè locus vel res, in illo aſſervatæ, ſpectant. *vid.* Carpz. *L.* 6. *t.* 10. *R.* 102. &

102. & Pr.Cr.P 1.q.1.n.32. Potest tn.carnifex hoc jure uti, si contraria consuetudine in loco aliquo obtinuerit, Dn. Stryck. *de J.S. disp.7. 3. c.3.* quemadmodum m. testante Dn. Bechman *in comm. ad ff. de J.& J.* Scab.Lipsi.mens.Maj.1638. responderunt.

Q. 13. An concubina verè possit nominari uxor?

Neg. I. Quia non adest verum matrimonium, ergo nec uxor dicenda *l.144. ff. de V.S.* praesertim nostro tempore ubi per recess. Imp. *de an.* 1548. & Ord.Polit. *tit.26.* illa intemperantia abrogata. II. Quia concubinatus est societas inter marem & fœminam inita, hunc in finem qvo præsto hæc sit mari, ad exercendos, dum eâ actus venereos, non v. propagandæ familiæ ergo, qvod verò de veris Conjugibus dici non pt. Dn. Schmuck. *de nupt. §.55.* Opp. I. quod concubina saltem animi destinatione & dignitate, ab uxore differat, *l. 49. §. 4. de leg. 3. l.3. pr. l.4. ff. de conc.* ergo in tantum uxor dicenda. Resp. Neg. consq. Deinde hoc eò referendum

rendum est, qvod concubinatus per leges nomen assumpsisse dicatur *l.* 3. §. . *ff. de concub.* II. Qualis est differentia inter Matrimonium, ad Morganaticam contractum, talis m. est h. l. *Resp.* Neg. quia in priori est perfectum matrimonium, & liberi sunt legitimi. *vid.* Q. 2. *fasc.* 1. Est ergo meretrix? *Resp.* Neg. meretrix n. cum pluribus consvetudinem habet, vulgoqve se prostituit, quod concubina non facit. Qvomodo ergo dicenda? *Resp.* Vico Conjux, sic teste Gerhardo, in loco *de Conj.* §. 556. in veteribus inscriptionibus dicitur, i.e. qvæ legitimam imitatur conjugem *Nov.* 18. *in fin.*

Q. 14. *An ob adulterium uxoris, maritum contumeliis proscindere, & per contemptum ipsum, ullo juris prætextu vocare liceat* Cornigerum?

Dn. Reichelm. in sua inaug. diss. de imput. fact. alien. p. 32. & 33. hoc secundum opinionem Dn. Pufend. *de J. N. & G.* sequenti

sequenti modo affirmandum ac m. negandum esse censet: Quod mariti ex imprudentia, aut per animi abjectionem, potestate sua maritali uti ignorantes, non rarò ipsi occasionem adulterii dederint: quod multò magis procedet, si isti libidinibus uxorum, ideò indulgeant, quo favorem vel commodum, à potente forsan affine, sibi concilient, utut fortè arbitrentur, uxorem primas furtivi amoris lineas, non excessuram; Suppeditant tm. sic occasionem peccandi, & inde, cum prohibenda permittant, haud abscurè ad adulterium uxoris concurrunt. Quod si tandem, citra hanc indulgentiam, uxorem se planè inscio, thori leges violasse senserit maritus, itidem ab ignominia immunis non erit, si sc. taceat, & prætextu incredibilitatis, patientiam suam adumbret; iraſci n. debebat uxori qui matrimonium violavit, adeò, ut ob hanc causam per leges Romanas meretur pœnam. *l. mariti 29. pr ff. ad L. Jul. de adult.* Si v. nulla ejus, nec indulgentia, nec patrati criminis scientia adsit, nulla

ipsi

ipsi affricanda, hoc nomine, macula, Præsertim, si sinistri rumoris contra uxorem, nullum investigare possit authorem. Et licet is, qvi talia viro objicit judicaliter puniatur, tamen non punitur quod dixerit, d. qvod non probaverit. Conf. Dn. Puffend *d. l.*

Q. 15. An pater filiam suam, in casu majoris evitandi mali, prostituere debeat?

Neg. I. Qvia non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona. *Rom. 3. v. 8.* & extremenda sanè vox est ad *Galat. 5. v. 51.* Fornicatio opus carnis est, excludens hominem è regno Dei. Qvam ob causam m. Deus Sichemitarum Masculos interfecit, & primum mundum diluvio extinxit. II. Qvia est contra jus patrium, filias prostituere; Qvæcunq; n. neqve in salutem & utilitatem filiorum vergere, neq; ad referendam gratiam, parentibus debitam, pertinere videntur, ea à parentibus, jure patriæ potestatis, imperari non possunt, per prostitutionem a. filiarum, neutrum obtinetur, E. Dn. Rheht.

de

de virg in. Opp. qvidem exemplum Lothi, viri Sanctissimi, qvi voluit filias suas exponere *Gen.* 19. *v.* 4. Sed *Resp.* quod licet B. Luth. *in comm. d. l.* & alii, hoc factum Lothi laudant, ex B. tn. Gerhard. comment. *in post. Epist. Petr* 2. *q.* 19. dicendum, Lothum hac in parte omninò peccasse. Et August. *q.* 12. *in Gen.* hoc improbum factum esse, asserit, Qvamvis n. bonam intentionem habuerit, non tn. sunt facienda mala ut eveniant bona Bald. *comm ad Rom. qu.* 8. qui fusè hanc materiam pertractat, & tandem in eo est, ut dicat: Lothum hoc non fecisse malitiâ, d. inopiâ consilii. *vid.* Dn. Rheth. *d. l.*

Q. 16. An Comes Palatinus, vulgò des H. Reichs Hoffraht/ *proprios spurios si qvos habeat, possit legitimare?*

Aff. I. Quia legitimatio per Rescriptum Principis est actus voluntariæ jurisdictionis Dn. Strauch. *Diss.* 4. *thes.* 11. *Tusch. Tom.* 4. *concl.* 564. *n.* 10. II. Quia omne id, quod Comes Palatinus agit, Impera-

Imperator Per eum, tanquam per instrumentum facere videtur. vid. Dn. Schweder *in introd. in jus publ. P. spec. sect. 1. c. 7. n.* 14. Dissent. Harpr. *in comm. instit. de nupt. v. 38.* I. Quod legitimatio per Principis rescriptum, causæ cognitionem desideret, argt. *l.* 15 *§. pen. ff. de adopt.* id quod Comes Palatinus in causa liberorum expedire nequit *l* 10. *ff. de jurisd. l. fin. §. pen. C. ubi Senat. vel char. civil. vel crim. conv. Resp.* disting. esse inter actus Jurisdictionis contentiosæ & voluntariæ, illi quidem in causa liberorum, expediri non possunt, *l.* 3. 4. *ff. de adopt. l.* 18. *ff. de man. vind.* legitimatio a. uti dictum, est actus voluntariæ jurisdictionis II. Quod nullum Principis privilegium ita sit accipiendum, ut ansam & occasionem delinquendi præbeat *l. 5. 6. ff. de pact. dot.* Diploma igitur ab Imperatore Comiti Palatino datum, de propriis liberis intelligi non potest, quia is illicitâ venere invitaretur ad delinquendum. *Resp.* Quod potestas proprios legitimandi liberos, sit causa delinquendi saltem per accidens

si

si n. peccare vellet, Com. Pal. facili negotio ipsius spurios legitimarent. Dn. Schröter *de legit. p.* 36.

Q. 17. *An leges vim suam non usu amittant?*

Neg. Quia cujusqve Legislatoris intentio est, ut lex in perpetuum valeat, unde adeo frequenter Imperator Justinianus exprimit? Se lege, perpetuò valitura, hoc disposuisse, *l. 6. C. de sec. nupt. l. 2. C. de sent. ex per. recit.* Et Fridericus Imper. *in Auth. Hab. C. ne fil. pro pat.* Jam vero autoritas legis & ejus valor, non ex usu civium, d. ex voluntate Legislatoris dependet. Non obstat *l. 32. §. 1. ff. de LL.* ubi leges, per desvetudinem abrogari posse, dicuntur; Nam hæc lex de statu Juris Romani antiquo intelligenda, ubi jus ferendarum legum adhuc populo competebat, *§. 4. 1. J. B. G. & C.* Sicut m. hæc lex de contraria consuetudine intelligi non pt. ut inde aliud sit lege non uti, & contrariam consuetudinem inducere. *vid.* Giph. *ad l. 2. C. quæ sit long cons.* Dn. Stryck *de non usu p.* 12.

FASCICULI VI.

Q. 1. *An Doctor Juris, qui non est simul Notarius Publ. instrumenta possit validè conficere?*

Neg. I. Quia non est simul ad Notariatus officium creatus, nec juramentô speciali ad id obstrictus, quod tn. unicè dat formam & esse Notario. Card. Fusch. *concl. pract. 70. n. 18.* Masc. de probat. *concl. 296. n. 2. vid.* Carpz. *L. 6. Resp. 18. n. 14.* II. Quia, uti Doctor & Notarius nomine differunt, ita m. officiô & effectu Born. *de instr. l. 2. c. 15.* III. Quod juxta Const. *Nov. 47. & 73.* instrumentum plenam vim probandi non sortiatur, nisi constat quod is, qui illud confecit, fuerit Notarius Publ. Non obstat (1) *l. 1. C. de testam cum §. 7. l. ej.* ubi nihilominus testamentũ legitimum asseritur, etiamsi servus ut testis, in eo adhibitus sit, modo is tempore testamenti, omnium consensu liberi loco habitus fuerit. Nec (2) *l. 3. ff. de offic. Præt.* ubi rata firmaque pronunciantur, quæ à falsô

vel putativo Prætore decreta fuerunt. *Resp.* n. generaliter quæstionem non esse de instrumento jam confecto, d. adhuc conficiendo, cum multa sic tolerantur, quæ aliàs non permittuntur fienda, prout ex adduct. tex. videre licet, quippe qui de fictione juris saltem exaudiendi sunt, loquentes de singulari jure, quod in consequentiam trahi, & ad instrumentum, à Doctore confectum, extendi non debet *l. 14. de LL. l. 141 de R. I.* Conf. Dn. Struv. *S. I. C. Exc. 4. thes. 4.* Carpz. *d. l.*

Q. 2. Num pertinax Conjugalis debiti denegatio sit causa divortii?

Aff. I. Quia deest finis matrimonii primarius, qui est procreatio liberorum *l. 220. §. fin. de V. O. Gen. 2. Tob. 8.* II. Quia talis pertinax denegatio, æquipollet malitiosæ desertioni, licet n. non corpore, animo tn. discedit, animumque deserendi eo ipso detegit, quod si fecit, malitic si desertoris vel disertricis titulum jure meritoque acquisivit B. Gerhard. *L. C. §. 630.* Et recenset Hunn. *in Com. ad Matth. c. 19.* in tali casu factum fuisse

fuisse divortium in Consist. Wirtenb. quod m, factum in Consist. Lipsi. 1655. in causa Häyer Schatzens uxori per 13. annos debitum denegantis *vid.* Dn. Struv *in diss. de jur. div.* Et Besold. *Vol. 3. Conf.* 27. *ibi*: Dieser so gegenwertig / und mit keinen Zwang kan zur cohabitation gebracht werden / ist in vera contumacia, und in majori contemptu Magistratus den der desertor so abwesend / und fictè contumax sich befindet. *vid.* Richter *V. 1. P. 1. Conf.* 26. ubi Theologi Jenenses 1668. secundum hanc sententiam pronunciarunt.

Q. 3. *An coitus cum alterius sponsa, pro adulterio habeatur?*

Aff. I. Quia *sponsa* pro uxore reputatur, non tantum infavorabilibus *l. 4. ff. de fund. dot.* sed m. in odiosis & pœnalibus *l. 7. §. 4. ff. ad L. Pomp. de parric. vid. Deut.* 22. *v.* 24 *Hos.* 4. *v.* 13. *ibi*: filiæ vestræ fornicabuntur, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. Hinc stuprator sponsæ alienæ, perinde ut adulter, morte punitur *Deut.* 29 *v.* 23. *& seq.* II. Quia non

refert, matrimonium ipsum, an spem matrimonii violatam dicamus *l. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult.* Opp. I. ubi non est thorus, ibi nec adulterium *Resp.* (1.) licet thorus non sit, est tn. spes & initiatio thori, Anth. Matth. *ad lib. 48. ff. tit. 3.* (2) per thorum, cum Carpz. *in Pr. Cr. q. 56. n. 6.* fidem conjugalem posse intelligi II. Sponsa non uxor, d. sponsa nuncupatur. *Resp.* Hoc fit ideo, quod festivitas nuptiarum nondum intervenerit.

Q. 4. *An fœmina præsumatur in casu simultanei, mortis periculo, ante marem mori?*

Neg. I. Quia, *si hæc præsumptio vera esset, non opus foret ut Jctus in l. 9. §. 3. de rebus du* fundamentum constituisset in verbis stipulationis, si in matrimonio mulier decessisset, quam clausulam adhibebant, ob frequentiam divortiorum, sed Jctus simpliciter dicere debuisset, dotis lucrum ad maritum ex stipulatione pertinere, sed hoc non dicit, sed pro fundamento ponit

ponit verba stipulationis si in matrimonio decesserit. II. Per *l.32.§.14. ff.de don. int.vir & uxor.* ubi quæritur, si inter conjuges facta donatio, quæ non nisi morte donantis confirmatur, an hæc donatio morte videatur confirmata? & *Resp.* ibid. Jctus, dari eam esse quæstionem. Si igitur hæc præsumtio vera, fæminam præmortuam præsumi, non esset difficilis, d. dici posset expeditè, si uxor donavit donationem morte confirmari, non ita si maritus donavit, quia secundum hanc præsumptionem, uxor donataria præmortua videretur *vid.* B. Dn. Brunn. *ad l.9.ff. de reb.dub.* & Dn. D. Stryk. *in dissert. de ordin.mort.* Opp. I. Quod duobus simul mortuis, debilior prius decessisse, præsumatur arg. *l.9.§.1.l.22 §.3.ff. de rev.dub.* mulier v. debilior virô est, ita ut benè in Pandectis Sacris 1. *Petr.3.v.7.* infirmius vas, das schwächste Werckzeug / appelletur. *Resp.* intelligendum hoc est de imbecillitate, non corporis, d. judicii, ut & de verecundia, in isto sexu requisita;

Hinc nulla est conseq. eum qui judicii infirmitate laborat, propterea m. corporis viribus vacillare, aut magis verecundum, citius mori, quam eum, qui talis adeo non est; Robustum m. sæpe citius mors rapit quàm [illegible] quotidianis exemplis constat. Dn. Stryck. *d. l.* II. Præjudicium quod habet Carpz. P. 3. C. 17: D. 12. n. 7. quod placet integrum huc referre. Ist Georg Klein mit seinem Weib und vier kleinen Kindern / soer mit dreyen Weibern erzeuget / im Keller darin sie sich versiecket / verfallen / erstícket / und umbkommen &c. So wird aus vermutung der Rechten dafür gehalten / das erstlichen die Kinder / folgends das Weib / und endlich der Vater todes verfahren. *Resp.* rationes decidendi, in quibus decisum fundat Carpz. in sola debilitate sexus fœminei se fundant, hæc autem fallax est, & facit Sacra pagina hujus casus mentionem, ubi una fœmina septem maritos extulit, *vid.* Dn. Stryk. *dl. p.* 37. ubi veram

extulit

decisionem hujus casus dat. *Jure Suec.* *co*, si conjuges naufragio casu quodam fatali perierint, & incertum sit, quis eorum prior extinctus, viri hæredes viro, uxoris, uxori succedunt *cap. 6. Jur. Succ. hæredit.* Idque semper m. de jure civili obtinet, nisi per statutum aut pactum constitutum, ut superstes prædefuncti lucretur, vel totam vel partem hæreditatis; Sicuti in casu simili ab Ampl. Facult. Jurid. Gryphisvv. responsum est An. 1669. *vid* B. Dn. Mev. *comm. ad J. L. p. 2. t. 2. 4. 12. n.* 343. Dn. Balthasar. *in diss. inaug. de naufragio.*

Q. 5. *An virgini, choream in nuptiis Juveni deneganti,* (Wen Sie Ihm den Tantz versaget) *licitè detur alapa?*

Neg. I. Qvia choreas ducere, libertatis naturalis est, nec ullo jure quis cogi pt. ad saltandum cum eo qui moribus suis minus convenire videtur. Dn. Hopp. *de joco p.* 32. II. Qvia Juvenes se virginum

subjectissimos servos profiteri amant, ipsasque pro suis Dominatricibus libentissimè cognoscunt, jam a. absurdum esset si servus Dominæ suæ, ob denegatam petitionem, alapam infligeret. Dn. Stryck. *in diss. de alapa.* III. Quia virgo jure suo utitur, nec tenetur præstare invita, de quo rogatur argt. §. 1. *Instit. de fid. con. hæred.* IV. Quia nullum fortitudinis specimen ederet ille, qui imbelli & inermi puellulæ, quæ resistendo non est, alapam impingeret, Dn. Stryk. *d. l.* Opp. I. Gravem esse injuriam denegare choream, cùm virgo hac ratione tacitè contemnat & vili pendat petentem, suia, parvi pensionem, nemo pati tenetur, ut loquitur Chass. *ad Consuet. Burgund. rubr. 6. §. 4. n* 17. *Resp.* Neg. quia virgo, jure suo utens, nemini facit injuriam. *l. 13. §. 1. ff. de injur.* Et positò, verbalis tn. modo esset, quæ verbis, non verberibus tollenda. Osiand. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 1.* & sic nulla proportio observaretur. Harpr. *inst. de inj. n. 204. Reg.* quod virgo tamen mox alteri concedat

cho-

choream *Resp.* trahit sua quemq; voluptas. II. Quod vulgus uno quasi ore contrarium decidere videatur. *Resp.* Hoc satis absurdè fieri, nec quid justum ac licitum, ex vulgi opinione, sed ex naturali ac Divino morali & humano jure decidendum. Dn. Stryk. *d. l.* Dn. Henric. *in Dissert. de fraternit. compot. at. thes. 19.*

Q. 6. Si maritus stupratam, à se per divortium separatam, iterum pro Conjuge agnoscere & recipere velit, an hoc absq; præcedente copula Sacerdotali ipsi integrum sit?

Neg. Qvia prius conjugium semel solenniter & judicialiter per divortium fuerit solutum, planeq; annihilatum, & receptio mariti superveniens, non nuda, sed cum affectu Conjugali intelligitur conjuncta. Et ita Consist. Lipf. *M. Nov. 1666.* respondit verbis: Weiln sie einmahl rechtmäßiger Weise von einander geschieden / der jenige / der eine geschwängerte vor eine Jungfrau bekommen nach bewehrter geistl. Rechts-Lehrer Meinung/

nung / zu Beruhigung ſeines Gewiſſens beſſer thut / wenn er ein ſolch Menſch behält; So iſt auch H. ſein voriges Weib / wieder anzunehmen / und ſich anderweit mit ihr durch die Prieſterliche Hand / Trauen zu laſſen wol befugt. Dn. Merbach. *de jure divort. c. 4. theſ. 13. Non obſtat*, qvod ſi hoc caſu nova benedictione opus, ſemper ea foret neceſſaria, qvotiescunq; vir aut uxor fidem conjugalem, per adulterium violaret, ſiquidem matrimonium hoc caſu ipſo jure diſſolutum. *Diſtinguendum* enim inter forum *ſoli & poli*, in foro poli ipſo jure quidem tale conjugium annihilatum eſſe, concedo, in foro ſoli a. nego, cum ibidem declaratio Judicis accedere debeat. Dn. Schröd. *in diſſ. ſ. inaug. poſit. 9.*

Q. 7. *An valeat legitimatio liberorum, per conſequens matrimonium, in mortis articulo facta?*

Aff. I. Qvia matrimonium in mortis articulo rectè contrahitur argt. *l. 106. ff. de*

ff. de cond. & demonst. Struv. *S. I. C. Exc.* 3. *thes.* 50. & lex in dubio favet filiis, in qvantum fieri potest, ut sint legitimi Bald. *in l. filium ff. de his qvi sunt s. v. al. jur.* II. Quia ad legitimationem prolis, non exigitur de essentia ipsa veritas matrimonii, sed sufficit qvasi possessio & colorata opinio maritalis, qui color legitimationem prolis inducit. Ant. de Butr. *in c. qvod nobis in 2. not.* Opp. I. quod tale matrimonium ita comparatum, ut neq; primarius neq; secundarius conjunctionis matrimonialis finis, obtineri qveat, idqve tum ob personæ inhabilitatem, tum ob temporis brevitatem §. 1. *Inst. de patr. potest.* Resp. quod valdè ægrotus spem recuperandæ salutis, & tollendæ sobolis, habere potest, secundum vulgatum: *ægroto, dum anima est, spes esse dicitur* Borch. *de grad. p.* 178. II. In mortis articulo dos constitui non potest *l.* 20. *ff de jur. dot.* at in legitimatione liberorum dos debet constitui §. *fin. Inst. de nupt l.* 10. *de natur. lib. N.* 18. Ergo. *Resp.* (1.) nuptias sine dote esse posse

Nov. 74. *c.* 4. Dn. Struv. *S. I. C. Exc.* 30. *thes.* 1. (2.) non dicitur in *d. l.* 20. dotem in artic. mortis constitui non posse, sed quod dotis stipulatio non valeat concepta specialiter in hoc tempus, quo matrimonium futurum non sit. Dn. Struv. *d. l. thes.* 8. Borch. *d. l.* III. Quod non sit fenestra aperienda fraudibus & nequitiis quod in hac legitimatione fit, quia parentibus & cognatis cæteris, eâ, successio debita auffertur. *Resp.* (1.) Non præsumitur hic animus fraudandi, apud talem qui in mortis articulo constitutus. (2.) Posito sed non concessô, quod aliquando fraus adsit, propterea tamen usus propter abusum non tollendus, & favor partus hic præferendus Dn. Schröter *de legitim.*

Q. 8. An liberi in parentum suorum adhuc viventium bonis, non tantum jus aliquod reale, sed etiam ipsum dominium habeant?

Aff. I. Per expressos textus §. 2. *Inst. de hered. qual. & diff.* L. 11 *ff. de lib. & posth. junct.*

junct. l. 1. §. Domin. 7. ff de Sct. Silan. §. 3. Inst. de hæred. quæ ab intest. ubi liberi, vivo patre quodammodo domini, existimantur, adeo, ut hocce dominium mortuo parente, etiam si non hæredes instituti sint, tamen continuent, prætereaque non hæreditatem percipere videantur, sed magis liberam bonorum administrationem consequantur & juxta *l. 1. §. 12. ff. de succeff. Edict.* pœne ad propria bona veniant. II. Quod jam tum non modo parentum hæredes, *i.e.* paternorum bonorum, domini sint, *l. 62. ff. de de A. R. D. l. 19. §. 3. ff. de castr. pec. Gal. 4. v. 1.* verum etiam Veteribus, exemplo Ilaaci *Genes. 24. v. 6.* simpliciter Heri, & quidem ex profanis scriptoribus potissimum Comicis, Heri minores Junckern *i.e.* Jungeherrn communiter nominati fuerint. III. Quod verum dominium, quod ipsis post mortem parentum in bonis eorum negari nequit, non de novo acquirant, sed tanquam vetus continuatur §. *Inst. de hered. qual. & d. ff.* Oppon. I. quod §. 2. *Inst. de hered. qual.*

l. 11 *ff. de lib. & post.* non absolutè, sed tantum *quodammodo*, dicuntur Domini. *Resp.* quod improprietatem, hæc vox denotet. Habent. n. parentes dominium in actu secundo, liberi verò in actu primo & in quiete. Dn. Straus, *in diss. de jure liber.* II. Quod filius familias patre vivente, nulla bona habere dicatur *l.* 28. *ff. de V. & P. S.* & duo unius rei in solidum domini esse nequeant; *l.* 5. §. *fin. ff. commod. ibique* Dd. *Distinguendum* n. inter diversos modos habendi, quandoquidem modo atque respectu diverso utique plures rem unam jure dominii habere possunt, & debent hic pater & filius non ut plures, sed ut una persona censeri per *l. fin. C. de impub. & al. subst.* III Quod parentes bona sua non pro liberorum, sed suo arbitrio administrant & alienare possunt *l.* 21. *C. Mand. Resp.* quamvis istud liberorum dominium fluxum videatur esse atque caducum, attamen, cum revocabilitas, uti in dote *l.* 21. *C. & l.* 10. §. *fin. ff. de jur. dot.* & in donatione mortis causa *l.* 29. *ff. de mort. c. don.* essentiæ do-

mi-

minii nihil deroget, omninò verum dominium manet, imprimis, cum liberam parentum diſpoſitionem leges ita temperaverint, ut legitimam relinquere teneantur. Dn. D. Strauß *d. l.*

Q. 9. An venditor bibliothecæ, ſingulorum librorum evictionem præſtare teneatur.

Neg. Quoties enim res per univerſitatem emitur, toties ſingularum rerum evictio non præſtatur Struv. *S. I. C Exerc.* 27. *theſ.* 22. quod meritò ad bibliothecam applicatur cum Franzkio *in comm. ff. tit. de evict. n.* 166. Nec adverſatur *l* 1. *ff. de evict.* ubi quoque partis evictio præſtanda item *l.* 55. *ff. eod.* Intelligendæ enim hæ ſunt, ſi res ad quantitatem vendita fuerit, argt. *l.* 72 *ff. de Evict. & l.* 34. *ædil. edict.* ſecus verò, ſi res vendita ſit per univerſitatem argt. *l.* 56. §. 2. *q. de evict. & l.* 35. §. 6. *ff. de contr. empt.* cum idem quoque in grege defendatur communiter. Dn. Brunn. *ad d. l.* 72. *& repet. Weſ. parat. tit. de evict. q.* 11. Frantz. *l. c. n.* 162. *ſeq.*

Engelb.

Engelb. *ad ff. disp. 13. thes. 18.* Struv. *d. thes. 22.* Quin verò libris, singulatim venditis, evictioni locus sit, non dubium est, argt. *l. 60. ff. de evict. l. 6. C. eod. l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* Dn. Rhod. *diss. de libr. erudit. p. 21. & 22.*

Q. 10. An Minister Ecclesiæ à confitente nummum confessionarium licitè accipere possit?

Aff. I. Quia in primitiva Ecclesia fideles offerebant ἀγάπας ad Communionem Sacræ Cænæ in usum pauperum & Ministerii. Concil. Gangr. *c. 11.* Concil. Laodic. *can. 17.* Ergo Evangelicis nemo vitio verterit, si eodem Spiritu acti, manus munificas aperiant & bonis suis aliorum necessitati, præsertim animæ suæ vigili, subveniant. *vid.* B. Gerh. *tom. 6. L. T. p. 519.* Bald. *cas. c onsc. l. 4. c. 10. cas. 5.* König. *cas. consc. c. 5. cas. 12.* II. Quia simplex munerum acceptio, per se nemini noxia nec prohibita est, nam & Samuel 1. *Sam. 12.* & Christus ipse *Luc. 8. v. 3.* munera acceperunt. III. Quia Christus

Christus præcepit honorare Ministerium, non verbis tantum, sed etiam muneribus. *Deut.* 12. *v.* 19. *Galat.* 6. *v.* 6. Facit & Ord. Eccles. Saxon. *art.Gen.*16. IV. Propter veteratam consvetudinem, tolerabilia enim censentur, quæ vetus consvetudo comprobat *l.* 11. *§. ult. ff. de decur. l.* 14. *ff. de pollicit.* Opp. I. Exemplum Gehasi, malè à Naamo Syro leprosâ sanato munera accipientis 2. *Reg.* 5. Et Simonis Magi, qvi bona spiritualia pretiô emi, credidit. *Act.* 8. *Resp.* Nemo tam rudis & imperitus erit, ut cum Simone Mago se remissionem peccatorum, vel absolutionem à peccatis, pro pretio emi putet, nec Pastor ut absolutionis pretium, sed ut signum gratitudinis, accipit, hinc etiam non imperiose exigit, nec, si planè nihil offeratur, Absolutionem vel Sacramentum denegat Dn. Müll. *diss. de nummo confess.* II. Qvod ministri Ecclesiæ per se sat dives sint. *Resp.* Negatur id, de omnibus verum esse. Deinde hoc nihil juvat, nam Melchisedec opulentus satis erat, nihilominus

nus tamen accepit decimas ab Abrahamo, ut Sacerdos Domini *Genes. 14.* Et Salvator noster, *Luc. 8. v. 3.* licet sibi suisqve Apostolis de necessariis ad sustentationem, immediatè per miracula, prospicere potuisset, placuit tamen vivere ex iis, qvæ à piis ei subministrabantur, ut suo exemplo doceret, etiam illis Ecclesiæ Ministris esse dandum, qui de propriis aliàs vivere possent D. Gerhard. *in L. de Minist. Eccles. p. 514.*

Q. II: *Num Advocatus causam peragere debeat illius, qui crimen capitale commisit?*

Aff. I. Qvia patrocinii indoles & natura, nihil aliud est, quam defensionis species, defensio autem est juris naturalis quæ nemini auferri potest, denegaretur autem defensio si tutela Advocati tolleretur. II. Propter causarum criminalium gravitatem. Non enim de tritico legato, vel glande legenda, sed vita & salute hominis agitur; Si ergo in causis pecuniariis

niariis & levissimis justum est, Advocati patrocinium, multò magis concedendum in causis capitalibus. III. Exposcit reorum simplicitas, metus & terror, qui propriam innocentiæ deductionem impedit. Dn. Scrôt. *cas. jurid. cas.* 4. *Non obstat* quod reus crimen à se aliquo modo esse perpetratum, confessus. *Resp.* Confessione hac non obstante, ad probationem innocentiæ & defensionem admitti debet, modo una vel altera à parte rei adsit exceptio, quæ vel verè & effectivè, vel putativè & intentionaliter saltim ex mente delinquentis & Advocati, ad obtinend. pœnam extraordinariam sufficiens esse possit *vid.* Gail. *lib.* 2. *de pac. publ. C.* 10. *n.* 1. *& seq.* Umm. *in Proces. disp.* 2. *thes.* 7. *n.* 38. *Reg.* Crimen tamen sæpè notorium & inexcusabile esse *Resp.* de tali casu ego non loquor.

Q. 12. *Annon Imperator Romanus scribere debeat*: Nos Dei *& Electorum* gratia?

Neg. 1. Quia Imperator quatenus electus

electus, gratiæ Electorum hoc attribuere nequit, cum illi Nullum Gratiâ, aut alio Affectu, ad gubernacula Imperii promovere possint, sed cogantur juratò promittere. Gratiam omnem ab illo Electionis actu, abfuturam [illegible] Bull. *c.* 2. Limn. *lib.* 1. *J. P. c.* 6. *n.* 31. Reink. *lib.* 1. *class.* 5. *c.* 9. *de* R. S. & E. *n.* 26. 27.

II. Per prædicatum illud communissimũ von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Keyser! Si enim Imperator potestatem suam Electoribus acceptam ferret, procul dubio illud aliquando ita temperasset: Von Gottes und der Churfürsten Gnade. *Oppon.* Numismata Rudolphi II. Imperatoris, tempore coronationis distributa, da auff einer Seiten deß Keysers Nahme &c. und auf der ander Seiten eine Taffel / auff welche 7. Schreiben lagen / bedeutend die 7. Chur-Fürsten &c. *Resp.* Exinde nihil evincitur *vid.* Aleman. *in Palæstr. Consult. jur. conf.* 8. *de jure monetæ.*

Q. 13. *An is qui sponsam ante sponsalia ab alio vitiatam sed non impreg-*

prægnatam pro virgine duxit, eam postquam in suam notitiam pervenerit, salvâ conscientia dimittere possit?

Neg. I. Quia virginitas non est de substantia matrimonii, aliàs cum viduis illud non posset contrahi. Hinc m. Theologi rejiciunt hanc conditionem: *duco te, si invenero virginem*, tanquam turpem & illicitam, & eâ rejectâ, pro matrimonio pronunciant Melancht. *in Exa. theol. cap. de condit.* Igitur, sine quidem expressa, disertisque verbis adjecta hæc conditio matrimonium efficit conditionale, multò minus tacitè subintellecta id perficere potest. Wesenb. *parat. de ritu nupt. n.* 2. II. Quia sponsa, ex causa amissi pudoris, non potest repudiare sponsum, ergò nec sponsus sponsam Carpz. *J. F. p.* 4. *c.* 20. *D.* 13. ubi præjud. habet Wesenb. *d. l.* III. Per *can. un.* 29. ubi Pontifex dicit: qui ducit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam Putat esse castam vel virginem

virginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere. Quam Pontificiorum sententiam veteres secutos esse, testis est Beust. *de Matrim. c.* 34. IV. Qvia sponsus à sponsalibus non potest resilire si fuerit vidua, qvæ virgo putabatur, cum tamen vidua vilior habeatur virgine Hahn. *in diff. de nupt. thes.* 80. V. Quia non dissolvitur conjugium propter alia vitia animi, æque gravia, imò majora, utpote, quia uxor est impia, Hæretica, malæfrugis perditè Prodiga &c. *l. ult. C. de repud. c.* 2. *X de divort.* Ergo nec ob hoc vitiũ divortium est admittendũ Bronch. *Cent.* 3. *aff.* 3. VI. Qvia cuilibet contrahentium incumbit, ut in conditionem ejus, cũ quo contrahere vult, inqvirat *l.* 19. *ff. de R. J.* adeo, ut si id non fecerit, & damnum ex contractu sensserit, illud ne qvidé sensisse videatur, eo, quod sua culpa sentiat *l.* 203. *ff. de R. J.* add. *l.* 13. §. 10. *ff. ad L. Jul. de adult.* Opp. I. *c.* 22. *Deut. v.* 14. ubi corrupta, quæ pro virgine se elocari, nuptiis passa est, capitali supplicio affici jubetur. *Resp.* Leges forenses Mosis non

obligant

obligant nos neqve durior illa pœna à Chriſtianis eſt recepta Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 3. II. Qvod dolus ipſo jure bonæ fidei contractus vitiet. per *l.* 7. *pr. ff. de dol. mal.* & dolus cauſam dans contractui matrimoniali, ipſum matrimonium annullet. Richter *P.* 2. *Conſ.* 8 *n.* 13. doloſè v. ſponſa ſe pro virgine venditat, quæ ab alio corrupta Carpz. *J. E. lib.* 2. *tit.* 10. *def.* 187. E. hic omninò dolus conſenſum ab actu excludit. *Reſp.* Dolus hic non dat cauſam contractui, ſed eſt tantũ incidens, quod genus non vitiat contractus Dd. in *l. ſi dolo* 5. *C. de reſcind. vend.* Deinde dolus tum demum annihilat matrimonium, qvando res neq; ſubſtantiam *h. e.* conſenſum contrahentium, neq; formam conjugii habet. Bronch *d. l.*

Q 14. *Utrum cauſa deciſa, ob nova denuo reperta inſtrumenta, poſſit retractari atqve de novo examinari?*

Neg. Dn. Stryk. *in diſſ. de amiſſ. inſtr.* I. Quia Juramentum habet vim transactionis, uti autem illa propter inſtru-

strumenta, denuo reperta, non rescinditur *l. 16. 19. C. de fid. instr.* argt. *l. 4. C. de* R. *I.* ita nec hæc. Ungep. *Exc. 15. q. 2.* Accedit II. Qvod omnis vis & efficacia hujus juramenti, pendeat à delatione *l. 3. §. hic ff. de jur.* cui pactum atqve tacita hæc subest conditio, ut jurante adversario à lite discedatur, ut eapropter hoc casu obstet pactum Zas. *n 49. h. t.* Æquum a. omninò est, stare ejusmodi conventioni quæ delationi tacitè annexa, neq; ferendum, ut quis impugnet qvod ipse approbavit. Imo III. imputet sibi alter, quod causæ suæ eventum alterius conscientiæ commiserit, & eidem jusjurandum detulerit Dn. Stryk. *ad §. 11. Inst. de act.* cum pactione & delatione quis jus suum deterius reddere possit B. Brunn. *ad l. 1. C. de R. C. l. pen. C. de pact.* Opp. quod sub prætextu perjurii hoc rescindendum. Resp. præstitô juramentô, de causa ejusve veritate non ulterius quæritur, sed id saltem, an fuerit juratum Harpr. *ad §. 11. Inst. de act.* Boer. *decis. 305. n. 2. & 3.* interim tamen perjurium non manet impunitũ Dn. Stryk. *in d. diss.*

FASCICULI VII. ET ULTIMI.

Q. 11. *An Minister Ecclesiæ de una Ecclesia ad aliam salvâ conscientiâ se confere possit?*

Aff. si adsint justæ causæ, necessitas, & utilitas Ecclesiæ *c. 34. c. 35. caus. 7. q. 1. Nov. 123. c. 9 c. pen. X. de translat. Episc.* & ibi Panorm. *n. 5. vid.* B. Brunn. *Jus Eccles. lib. 2. c. 5. §. 28.* Opp. I. Inter Episcopum & Ecclesiam matrimonium contrahi, qvod uti hominum arbitrio dissolvi non potest, ita nec translationem concedi debere *c. 4. X. de Epis. transl.* Resp. Sciendum, Ecclesiam non desponsari Pastori suo, sed per hunc Christo, Sponso unico, adduci 2. *Cor. 11. v. 2.* ac verbo divino & Sacramentis in amore divino sustineri. Nam qvi à Christo missi sunt, ministri tantum sunt, non sponsi, nec conjuges, *vid.* B. Zigl. *ad Lancel. Instit. lib. 1. tit. 17. § 2.* Hinc patet omni prorsus carere fundamento, qvod statuunt Canonistæ, vinculum istud conjugale inter Episcopum & Ecclesiam

planè simili esse conjugio carnali in illo Iubil. *d. cap. 4. X. de Episc. transl.* II. Translationem æquè ac rebaptizationem minimè suscipiendam esse *can. 107. de consecr. dist. 4. Resp.* Licet Baptismus, si de hoc certè constet, iterari nequeat *tot tit. C. ne sanct. baptism. iter.* elumbis tamen, à baptismo non iterando, ad translationis prohibitionem erit argumentatio. III. contrariari translationē dicto illi Apostolico: Unus quisq; in quo vocatus est, in hoc manere debet, *1. Cor. 7. v. 24. C. auf. 21. q. 4. & cap. 3. verf. quia v. X. de Episc. transl. vid.* Prosp. Fagnan. & Eman. Conzalez. Comment. *in Decret.* & quidem in *tit. de Episc. translat. Resp.* Apostolum in allegato textu id tantum requirere, ut quis in eo, quem semel elegit, statu, non verò ut quis in eodem, ad quem semel vocatus est, loco permanere debeat. *vid.* B. D. Danhavv. Theol. Conscient. *part. 2. dial. 3 sect. 3. q. 15.* Dn. Meis. *in diss. in aug. de translat. Minist. Eccles.*

Q. 2. Anspons, si sponsam ante benedictionem sacerdotalem im-

præg.

prægnasset, sic ut paucis post nuptias mensibus peperisset, ab opificio excludendus?

Neg. I. Quia contractis postea nuptiis, culpa sublata, & macula omnis cessat, quippe matrimonium retrotrahitur fictione juris, omniaque vitia præcedentia sanat, ita, ut statim ab initio ante copulam carnalem, contractum consleatur, *c. tanta. 6. X. qui fil. sint legit.* Gail. 2. *Obs.* 141. *n.* 2. Heig. *p. 1. qu.* 21. *n.* 92. Hinc ejusmodi liberis testimonium natalitium (in quo continetur: daß sie von Ehrlichen Eltern/ aus einen rechten Ehelichen / ungetadelten Ehebette herkommen und gebohren) dari potest, quia videtur matrimonium, ante filiorum nativitatem contractum Carpz. *P. 2. Const.* 6. *def.* 15. B. Dn. Mev. *ad Jus Lubec. l.* 2. *t.* 2. *a.* 9. *n.* 73. II. Quia sponsus, in tali casu non habetur pro stupratore, sed pro marito legitimo, quia uterque conjugalis amoris, qui per se illicitus non est, intemperantiâ eò illectus cen-

fetur, nec sponsa consentiens videtur quicquam injusti pati, nec indigna redditur matrimonio, quod jam juxta prævium consensum consummatum est. Dn. Schmuck *de nupt.* §. 25. III. Quia, si ab alio, & non à se ipso stupratam ducit, opificii incapax non censetur. Carpz. *Resp. Elect. 99. per tot. P. 6.* quô jure ergo ab eo removendus, qui cum sponsa jam sua, quæ uxoris instar erat, concubuit? Dn. Müller *de bened. Sacerd. sect. 5. thes. 6* Opp. I. Quod non improbandum sit opificum studium, pro bonis moribus conservandis, & quod hunc sermonem, Ihr Handwerck müsse so rein als ein Auge sein/ oder als wenn es von Tauben gelesen wehre; usurpare rectum sit. *Resp.* Hoc quidem non esse improbandum, porrigenda tamen non est facultas Collegiorum ad injusta *l. 1. fin. C. de jurisdict.* ne injuriarum inde occasio sit unde jura proficisci debent, l. 6. C. *pr. unde vi.* Dn. Stryck. *de concurs. sponsal.* II. Quod præ-

maturus

maturus, desponsatorum concubitus, sit in crimine, nec impunis esse debeat, peccatur enim in legem Ecclesiæ & honestatem cum scandalo publico conjunctum. *Resp.* Etsi desponsati tali modo turpe factum committant, macula tamen talis per subsequens matrimonium, abolitur, hinc & publica pœnitentia, hujusmodi hominibus, in honorem matrimonii remittitur B. Dn. Mev. *Cons. III. n. 41.* Berlich. *P. 2. D. 299.* coercitio autem modica permanet argt. *l. 4. ff. de cognoscend. & aiend. lib.* Ast nimis gravis & iniqua! foret pœna, si quis ideo ab opificio excluderetur, quod species quædam infamiæ esset. B. Dn. Mev. *P. 3. D. 39. n. 5. & seq.*

Q. 3. *An pœna imaginum hominum facinorosorum vel fugâ elapsorum vel mortuorum licita?*

Affirm. Ob duplicem finem, primarium sc. & secundarium: *Primarius* est salus publica, quæ vult ne delicta maneant impunita *l. 51. in fin. ff. ad L. Aq.*

l.13.pr.ff.deOffic.Præs. Et quamvis ratione, privatæ utilitatis dura lex videatur, tn. ratione salutis Reipublicæ est æquissima argt. *l.* 12. §. 1. *ff. qui & à quib. manum.* Rubr. & tit. *de usurpat. & usucap.* Ad hunc etiam pertinent processus criminales, *vid* Carpz. *Pr.Crim. P.3. qu.* 128. *n.* 1. *Secundarius* finis est, ut alii à simili crimine deterreantur, & pœna unius, metus sit multorum *l.* 1. *C. ad L. Jul. rep. l.* 28. §. 15. *ff. de pœnis* & *l.* 30. §. 5. *eod.* Videntur enim Rei ipsi pœnæ se subducere, uti loquntur Impp. in *l.* 34. *ff. de jur fisc. & l. ult. C. ad Leg Jul. Maj.* nam dum delinquunt, sua voluntate se obligant pœnæ, & qui directè vult peccare, per consequentiam & pœnam mereri voluerit Grot. *lib.* 2. *de J. B. & P. c.* 20. *n.* 3. Non obstat (1.) quod mors omnia solvat Sebast. Med. *tr. h.* & morte rei judiciũ solvatur *l.* 10. *l.* 15. §. 3. *ff. ad Sct. Turpill.* (2.) Et quod neq, negativè neqve privativè absentes regulariter non accusari vel damnari possunt, per *l.* 5. *ff. de pœn. l.* 6. *de accus. l.* 1. *C. de requ. reis. Resp.* non perpetuum in civilibus hoc esse, cum nd. *l.* 5. absens damnetur, &, si sc. pœna

rele

relegatione gravior non sit, aut lis sit contestata *l. 10 ff. de pubt. Judic. l. 13. C. de judic.* & speciale qvid in criminalibus esse tam de jure civili quàm Canonico, Clar. § *fin. quæst 51. n. 8 vers. aliam m. &c.* imprimis tn. distinguendum est inter delicta graviora & levia, in levibus hæc pœna non observatur, in gravioribus verò v. g. in Crimine lælæ Majestatis divinæ, adhuc hodie in usu est. Dn. Müller *de pictura p. 18. vid.* Arnold. Wichts *disp. de execution. in effig.*

Q. 4. *An uxori absque mariti consensu sine ulla causa extra domum pernoctare liceat?*

Neg. I. Per *l. consensu* 8. §. 3. *C. de repud. & Nov. 117. c. 8. §. 5.* II. Quia mulier viri potestati subjecta est, & nulla pollet authoritate *caus. 33. 4. §. c 17.* Et quia Adamus per Evam deceptus est, non v. Eva per Adamum, hinc omninò justum est, ut quem vocavit ad culpam mulier, eum quoque gubernatorem assumat, ne fœminea facilitate labatur *ibid. c. 18.* II. Quia & indicium adulterii contra eam

oriatur Maſc. *de prob. concl. 60. n. 1.* quod latè probat Cruſius de indic. delict. *P. 2. c. 7. n. 27.*

Q. 5. *An tranſeunti credi debeat quod vehat ſecum libros Eruditorum, & an ſufficiat ciſtæ inſcripſiſſe,* **Studenten-Guth/** *vel annonam potius vectores vel ipſi Eruditi neceſſum habeant Publicano deſideranti ciſtam reſerare.*

Reſp. Juramento eruditi, vel in eorum abſentia juramento aurigæ vel nautæ credendum eſſe, ſtatuit Rebuff. *Privil. 147.* Speckh. *Cent. 2. Claſſ. 1. Q. 11. n. 21.* Durum enim ac inhumanum eſt, paupertatis detegi vilitatem, vel invidiæ exponere divitias *l. 2. pr. C. quand. & quib. quart. pars de.* vel, quod hodie frequentius eſt, in eo loco, ex quo libri tranſmittuntur ad alium, peti ſolet à Magiſtratu vel Publicano Schedula immunitatis Ein Paß oder Freyzettel Dn. Engelbr. *ad ff. de publ. theſ. 22. in f.* Hahn. *ad Weſ. ib.* Sed quid ſi Studioſus vel Eruditus præſens

sens esset, Publicanus vero ei fidem habere nollet, quod sit Eruditus vel Studiosus? *Resp* probari poterit per matriculam, quâ Studiosus instructus esse debet, vel per literas commeatus, vel si iis non instructus, juramento ejus iterum fides habenda Dn. Stryk. & Rebuff. *d. l.* Nec ulla hic agnoscitur distinctio, an libri jã fuerint compacti, an verò rudes adhuc sint materiæ, sed sufficit Eruditum pro sua necessitate hosce libros comparasse, cum nec lex nec consuetudo distinguat. Dn. Rohd. *de libr. Erudit. p. 55.*

Q. 6. *Siqvis ad conficiendum instrumentum, secundum Edictum Principis chartam signatam* Stempel-papier / *non adhibuit, Ejus omissio duplicem poenam secum ducat, nullitatem, sc. instrumenti, & pœnam in Edicto expressam?*

Aff. Dn. Bartold. *in diss. de charta signata, cap. 4.* I. Quia Princeps omnium primo ac ultimo ejusdem effectus in Edicto mentionem facit, atq; Judicibus

omnibus chartam non signatam acceptare directis & præceptivis verbis gravissimè interdicit, pœnam verò consequenter subiicit, si sc. mens Edicti non observata fuerit, illud enim non aliter quam per modum animadversionis salvum servari potest. II. Quia & huic correspondet rei qualitas & natura quæ non aliter fert, quàm ut pœna sequatur delictum, ubi ergo peccatum, non deficit, ibi etiam nec pœna. *vid.* Carpz. *P.* 2. *C.* 32. *d.* 18. *n.* 5. III. Quia per commination pœnæ potius censetur avertere voluisse transgressiones Edicti de charta signata, quàm gravare pœnis suos subditos, quod si m. quosdam illud contemnere non pudeat, hinc nec ipsos pœnam ideo solvere, & damnum culpâ suâ contractum sentire pigeat, argt *l.* 203. *ff. de R.I.* Opp. I. Neminem ob unum delictum duabus pœnis esse gravandum *vid* Carpz *P.* 2. *C.* 42. *def.* 1. *Resp.* Hoc verum esse in casu quando delictum jam satis unâ pœnâ est punitum, & quando pœna eundem effectum concernit, tunc enim una pœna alteram consumit. Marant.

in

inspec. Part 4. dist. 1. n. 20. Dn. Barth. *d. l.* II. Quod lex tantum obliget populum, vel ad observantiam sui, vel ad pœnam per *l. 4. § 2. ff. de dol. mal.* quicquid autem de lege dicitur, idem dici valet de Edicto, nam hoc legis appellatione venit. *Resp.* Esse ita argumentandum ne enixa Principis Legislatoris voluntas intervertatur, argt. *l. fin. C. de eo perquem fact. quo minus* &c. jam vero mens Legislatoris clara est, hinc de casibus lege expressis, non est disputandum *l. Ancillæ C. de furt.* III. Quod lex, imponens pœnam, regulariter non annullet actum gestum *Resp.* Hoc verum, quando sola pœna est imposita, non verò si in Edicto conjunctim, & pœna, & contractus nullitas dictatur Dn. Brunn. *ad l. 5. C. de leg.*

Q. 7. An indicium adulterii sit, si imago uxoris alienæ, apud masculum deprehendatur?

Resp. Dn. Müller in dissert depictura *p. 16.* hanc quæstionem simpliciter affirmare non vult, potest enim, inquit, exnuda

nuda reservatione effigiei uxoris alienæ non statim colligi, adulterium esse commissum, si verò alia indicia concurrant, (adulterium enim est delictum facti transeuntis, ubi indicia sufficiunt Carpz. *in Pr. Crim. qu. 108. n. 33.* B. Lauterb. *ad tit. de confess. p. 581.*) tunc & hic casus præsumptionem aliquam gignere potest. Sic Dn. Diether. *ad Besold. voc.* Mahler refert, quod Johannes Burgundus, cognomento Intrepidus, cum uxoris suæ Margarethæ effigiem in conclavi Ludovici Aurelianensis, viderit, valdè iratus fuerit. *vide* latè Leonhard. Wurffbain *de inducin & pace pag. 95. & 96.*

Q. 8. *An militiæ Duci de obitu militis attestanti, absque juramento credendum?*

Aff. I. Quemadmodum n. Magistratus quatenus juramenti vinculo statim ab initio susceptæ functionis judicialis vel magistratus delati, obstringitur, sicque ad dicendam veritatem in iis quæ ad officium ejus pertinent, jam antea sit obligatus, ejus dispositio jurata habetur, nec

necess

necesse est, ut novo gravetur juramentô Coler. P. 1. *Decis.* 196. Naurath. *de vita & mort. homin. theor.* 48. ita eadem ratio pro Duce militiæ pugnat, qui eodem modo jurejurando ad officium militare adstringitur, sustinetque magistratum & Jurisdictionem exercet tam in civilibus quàm criminalibus causis *l.* 5. *C. de jurid omn. jud. t. t. C. de Magist. milit.* II. Quòd credamus viro Nobili & bono Gloss. *in l. Titio fundus* 7. 3. *ff. de condit. & demonstr.* multò magis ergo Militum Duci, utpotè personæ nobilissimæ, & omni exceptione majori. *vid.* Carpz. *Decis. illustr.* 24. *per. tot.* Opp. I. quod testis unus sit nullus, & quod in ore duorum aut trium, omne consistat verum *Respond.* hoc regulariter esse verum, non verò si de militis morte dubitetur, inter arma enim mortis circumstantiæ observari nequeunt, quo documento etiam unius Ducis & Præfecti, sub cujus vexillis militavit, quo militem in turba bellica, conflictu, vel alio modo periisse testatur, credendum est.

B. Dn. Mev. P. 5. D. 134. II. Quod testi injurato non credatur *l. 9. C. de testib.* si quidem juramentum sit de testimonii substantia *c. 39. & 51. X eod.* adeò ut ante depositionem id fieri necesse sit *d. l. 9. Respond.* quod hic dispar sit ratio, ac multũ interſit, an quis ut persona privata, an ut publica deponat? illo casu jurare tenetur ut quilibet alius testis, per *d. l.* hoc v. non Carpz. P. 1. D. 24. n. 17. III. *Nov.* 117. ubi Imperator Justinianus chartulariis & Tribunis militiæ de obitu militis attestantibus, tum demum fidem habendam jubet, si propositis Sacris Evangeliis, subgestis monumentorum præstito, judicialiter juramento, deponant. Ritterth. *ad Nov. P. 4. c. 7. n. 11. Respond.* quod d. Nov. non de duce militiæ, sed de chartulariis, qui nomina militantium in acta referebant, loquatur, ut notat Gothofr. *add. Nov. lit. 1.* & de Tribuno militum tanquam inferioris conditionis officiali, quibus non nisi præstitô juramentô, fides tribuitur, quia tales officium publicum Magistratus non sustineant,

ut

ut Dux Militiæ qui per Schultetum militiæ den Regiments Schultheissen / vel qvod nomen hodie usitatius Auditeur, jurisdictionem in milites sibi subjectos, æque ut Magistratus oppidanus in suos cives exercet. Nauraht *d. l.* & Dn. Schultz *de attestatis pag.* 47.

Q. 9. Si maritus de fornicatione ante sponsalia commissa, postea convictus fuerit, an uxor propterea separationem petere possit?

Neg. 1. quia in jure divino vestigium nullum reperitur, ex hoc capite divortium permissum esse uxori, & sic deficit authoritas juris Divini, quod tantum tractat de sponsa ab alio compressa *Deut.* 22. *v.* 28. *seq.* Et qvamvis lex Mosaica judicialis ad nos non pertineat, exemplum tamen istius legis munit conscientias nostras Carpz. *J. F. p.* 4. *C.* 20. *D.* 13. ubi tale præjudicium habet: habt ihr euch ohnlängsten mit J. W. in ein Ehe-verlöbnis eingelassen/ auch mit ihm die Ehe darauff vollenzogen/ und es wird ihm anjetzo

schuld

schuld gegeben das er hiebevor eine Magdt geschwängert haben solle/wan er nun gleich dessen geständigwehre /so möchte doch daher die Ehescheidung nicht zu gelassen noch ihr von ihm los gesehlet werden V.R.W.

II. Qvia feminis (præprimis quas morum honestas mentisqve solertia commendat *l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat.*) castitatis observatio præcipuum debitum est *l. 5. C. de SS. Orsic.* alioquin magna per insitionem stirpis adulterinæ toti familiæ, nedum ipsi marîto infertur injuria *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* Wesenb. *ad ff. eod. n. 4.* In viro verò non est tantum periculum suppositionis partus, Scot. *Exam. jurid. p.* 149. Carpz, *d. l.* ut ideò diversitas inter viri & fœminæ fornicationem meridiano iubare clarius dispalescat. *vid.* Cypr. *de sponsal. c. 13. §. 67. n.* 2. Secus autem est, si sponsus contractis jam sponsalibus cum alia concubuisset, tunc enim revera violat fidem conjugalem, sponsæ suæ datam, adeoque tanquam adulter ab uxore ejus notitiam accipiente, sique à tempore notitiæ

notitiæ viro abstinuerit, divortium ab eodem impetrare potest Dn. Stryck. *ad B. Brunnem jus Eccles. l. 2. c. 17. §. 25.* ubi præjud. & à Consist. Lipl. etiam ad requisit. J. S. versus Tripten *M. Maj. 1673. resp. verb. sent.* Nachdem sich Cajus mit seiner Magt/ da zwischen ihm und der Ottilia allbereit öffentliche sponsalia gehalten gewesen/ fleischlich vermischet/ und der gestalt hiedurch von ihm ein warhaffiger Ehebruch/ begangen worden/ die Ottilia auch ihm solchen zuverzeihen/ und gebrochener Treu und Glaubens halber/ ferner beizuwohnen sich nicht bewegen lassen will/ so mag die gänzliche Ehescheidung deswegen woll vorgenommen/ der Ottiliæ auch hernach/ imfall sie ohne Verletzung ihres Gewissens ausser der Ehe zu leben nicht vermöchte/ in andere Wege gebührlich zu verheiraten/ verstattet werden V. R. W. Dn. Merrbach *de jure divort. c. 4. §. 14.* Oppon. quod castitas ab utraque parte conjugum desideratur, & iniquissimum esset sponsum à sponsa pudicitiam exigere quam insemet non exhibuit *l. 13. §. 5.*

l. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. Respond. quod certo modo quidem hoc verum sit attamen in fœmina libido multò est detestabilior quàm in Viro, argt. *l. 1. C. de mulier. quæ serv. propr. l. ult. C. commun. de manumiss.* adeoque etiam major castitas in fœminis quàm in masculis requiritur Gœd. *ad l. 101. n. 4 ff. de V. S.*

Q. 10. An tutor aliquid pro præstito labore tanquam salarium, in rationes suas referre possit?

Neg. I. Quia plerumq; amicissimis & conjunctissimis personis tutela defertur, quæ amicitia pretio nummario non venit æstimanda, argt. *l. 34. C. de negot. gest.* II. Quia tutela, suâ naturâ gratuitum est *l. 9. ff. de tit. l. 58. in fin. ff. de administr. tut.* Dn. Struv *S. I. C. Exc. 31. thes. 9.* Modest. Pistor. *Vol. 1. n. 1. seq.* nec quicquam lucri ex tutela facere, licitũ *l. 9. ff. de tut.* imò censetur quilibet tutor hoc munus personale legis imperio obiisse ut onerosum, non verò ut lucrativum *§. 2. & 5. Inst. l. 33. ff. de excus. tut.* ideoq; plane gratuitam operam ex pietate præstitisse *l. 38. ff. de N. G.*

de N.G. Dn. Carpz. p. 2. C. 11. D. 40. Non obstat quod insolitum aut ablurdũ non sit, ut in officiis gravioribus, qui majores desiderant labores, licet aliàs naturâ sint gratuita, tamen remunerandi gratiâ, finitâ tutelâ, exacti laboris præmia offerantur Menoch. *Cons.* 288. *n.* 20. & 24. *Cons.* 570. *n.* 4. *Vol.* 6. Nam tutela onus est, quo nomine non veniret, si exinde lucrum corradi posset, vid. Carpz. *d. l.* qui hanc sententiam aliqvot præjudiciis confirmat. Fab. *lib.* 5. *C. tit.* 36. *def. unic.* adeo, ut si negotia pupillaria, administrando rebus suis præesse non potuerit, atqve inde damnum senserit, ejus refusionem petere nequeat Carpz. *J. F. p.* 2. *const.* 11. 8. 40. *n.* 3. Hartm. Pistor. *Obs.* 124. *per tot.* Hæc omnia verò secus se habent, si Magistratus ipsi salarium constituerit, siquidem id ex certa causa, facere potest. *l.* 33. *S. fin. ff. de admin. tutel. l.* 1. *§.* 7. *ff. de tut. & ration. distrah.* Dn. Struv. *d. l.* Hujus enim authoritas adeo constricta non est, quo minus, ad tutoris imploratorem, *l.* 7. *ff. mand. l.* 1. *§.* 10. *ff. de exer.*

cog.

cog. aliquod salarium decernere valeat; Ubi tamen æqvi ac prudentis Judicis arbitrio in tantum relinquendum, ut hoc ipsum æstimabit ex pupilli patrimonii quantitate, administrationis difficultate, tutorum qualitate, & aliis circumstantiis similibus. Dn. Fink. Obs. 62. *n.* 24. *& seq.*

Q. II. *An in extrema famis vel vitæ necessitate adulterium committere liceat?*

Neg. I. Qvia non licet paupertatis prætextu turpissimam vitam agere *per. l.* 43. *§.* 5. *ff. de ritu nupt. c.* 3. *caus.* 32. *q.* 5. cum nulla necessitas peccatum mortale excuset Alvarez de Velasco *de privil. g. pauper. p.* I. *qv.* 65. *n.* 63. *seq.* & tolerare malum, patientiæ est, facere autem, malitiæ. Ideò sæpe patimur mala ne committamus peccatum *C.* 5. *X. de hi qu. vi met. caus.* Reinck. *de Regim. Secul. & Eccl. l.* 1. *cl.* 3. *n.* 86. II. Qvia talis graviss imè peccat in eo, quod corpore suo abutatur, nemo enim corporis

poris sui potestatem habet. Covar. *in c. peccatum P. 2. §. 1 n. 5.* B. Dn. Brunnem. *comment. ad l. 43. ff. d. R.N.* Surd *de aliment. tit 7. qu. 16 n. 45.* Opp. I. regula: quod lex non habeat necessitatem, sed hæc potius illi subjicienda *l. 7. pr. ff. de admin. tut. l. 7. §. 1. qui satisd. cog. Resp* patitur hæc regula restrictionem in casibus juri naturæ & divino subjectis *vid.* Dn. Fritsch. *de jure necess. concl.* 1. 2. .II. argumentum à furto, tempore necessitatis commisso, desumptum, *c. 3. X. de furtis Resp.* Hoc huc non quadrat, in extrema enim constitutus alienas res non furatur, quia necessitatis tempore omnia communia intelliguntur. Deinde fur hoc agit ad vitæ sustentationem Alvarez. *d. l. n. 69.* inde notanter dicitur *Proverb. 3. v. 30.* Es ist einem Diebe nicht so eine grosse Schmach/ ob er stielet seine Seele zu sättigen / weil ihn hungert. Und ob er begriffen wird/ gibet er Sibenfeltig wieder und leget dar alles in seinen Hause. Aber der mit einem Weibe die Ehe bricht der ist ein Narr/ und

bringet

bringet sein Leben ins Verderben. Dn. Schultz *dissert. de reb. pessimi exempl. p. 37.* Hoc tamen negari nequit, in foro exteriori, si de summa necessitate constiterit, à pœna ordinaria aliquid remittendum esse B Brunnem. *ad l. 43. ff. n. 9. de* R. N. Dn. Charisius *de foro consc. cap. 6. n. 13. &c.*

Q. 12. An Maritus salvâ conscientia uxorem in adulterio deprehensam, & adulterum, interficere possit?

Negl. Quia talis casus vindictæ potius qvàm justitiæ argumentum est, quod in foro conscientiæ excusationem non admittit Dn. Scrôt. *cas. Jurid. 10.* Dn. Stryk. *de salut. publ. p. 22.* imò contra æquitatem naturalem est, in confessum & nondum convictum è medio tollere Laym. & Andr. à Matr. Dei *Theol. Moral. tract. 13. cap 2.* II. Quia peccatum mortale est necare adulterum propter animæ detrimentum, quod infertur eum occi-

occidendo in tali statu, maximè cum ista injuria aliter vindicari possit, nec singulis sit concedendum quod per Magistratum solet fieri atqve expediri *l.176. ff. de R. I.* idcirco enim judiciorum vigor in medio positus, ne quisqvam ipse exerceat ultionem *l.14. C. de Judic.* III. Per. *c. inter hæc 6. caus.33. q.2.* ubi dicitur: *Si cujus uxor adulterium perpetraverit, utrum Marito illius liceat secundum legem mundanam eam interficere. Sed Sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus* &c. & in can. seq. additur. *quod talis interfector debeat publicam agere pœnitentiam.* Qvæ sane ex nullo alio principio imponitur quam quod interficiendo peccaverit, suamqve conscientiam læserit. Dn. Schröter *d l.* Oppon. I. Qvod conscientia nihil aliud, sit, quàm dictamem rectæ rationis juxta legem, lex verò, positis certis requisitis, marito deprehensum in adulterio interficere indulget, cur ergo in conscientia tutus esse non possit qui legibus tutus est?

Jul.

Jul. Clar. *recept. sent. L. 5. §. homicid. n. 49. Respond.* quando lex civilis permittit actum aliquem, eum simul approbans tunc excusationem præbet in foro conscientiæ, secus verò quando permittit actum, omittendo ejus punitionem, uti h. l. II. *c. interfectores c. 33 qu. 2.* ubi interfectores uxorum homicidæ appellantur quando uxores non erant adulteræ, ergo si adulteræ essent, non dicerentur mariti homicidæ. *Respond.* quod argumentum à contrario sensu non procedat contra clarum textum.

vid. Dn. Schröter *d. l.*

FINIS.

Fr. Reppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730439682/phys_0179
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730439682/phys_0180
DFG

Herr aus diesen un… oll
nur sehr kurtz gefüh… ch/
solches zur gnüge … ret
haben / daß al… che
Sprich-Wordt: … ind
böse Christen/ billi… en/
daß nemlich Juri… zu-
te/ ja die besten …

Sempronius.

seinen Reden … us
stercket/ bin … ge-
itzo resolviret m… als
seinen Willen … hn
daß er in GOt… so/
ein Jurist/ ein … nen
werden möge/ … rist
wenige/ so ich … as
unterrichtet … on.
numehro wei… n/
cken und befin… en-
ich geirret hab… daß
… Ti-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730439682/phys_0181
DFG